

Ann. VII.

Num. IV.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;  
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo  
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

*Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem*  
*ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA*



## Subnotatio fieri potest:

### IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

Apud "KRONIKA RODZINNA"

Apud BURNS AND OATES

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

## SPATIO DEFICIENTE, AD PROXIMUM NUMERUM:

SSmī D. N. Pii PP. X litterae de studio S. Thomae Aquinatis ac de academicis in Sacra Scriptura gradibus a « Commissione biblica » conferendis. — Geographicae notae. — Fabulae selectae Fontanii a Ioanne Bapt. Giraud latine redditae, passim retractatae a Fr. Xav. Reuss. — Ex Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae. — Diarium Vaticanum. — Publici per orbem coetus legibus ferendis. — Aenigmatum solutio. — Varia. — Ioci. — Libri recens dono accepti. — Epistolarum commercium, etc.

In Italia:  
Lib. 6,25, D...

GRE

## SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, via Alessandrina, 87) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

## SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanæ Ecclesiae « Congregations » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

URBIS nom  
mus, felic  
Romanae hist  
culiari nos i  
recolere. Quo  
ante annos, I  
Gregorium M  
ficem religiose  
quum centena  
cesceret aetas.  
Petri solium as  
magis diei il  
riam memoria  
mus, quum t  
bem relinquens  
suorum praem  
consequutus?  
triana ex Catho  
Iuventute mur  
suum, constit  
coetu, atque  
erecta sanctiss  
eundem nostris  
gorii occupans  
mum, antiqui p  
sui non sectato  
praestat; nos au  
tes accedimus,  
cumque is erit,  
gnissimum, pro  
bus, conferente

GREGORI  
ANICIA gens n  
A patricias Roma  
Christum saeculo, e  
optime Claudianus  
fascis numerantur  
gorius originem du  
ginta annos natus  
civilium honorum  
nit; sed brevi, qu  
rena didicisset, at  
xemplio, anhelare e  
tilieam in elvo Se  
auri pondus ingens  
diaque sua Ecclesia  
didit, quum Silvia

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra italiam:  
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

## GREGORII PP. I COGNOMINE "MAGNI", CENTENARIA COMMEMORATIO

**U**RBIS nomen, quod illustre gerimus, felicissimum quemque diem Romanae historiae recurrentem peculiari nos iubet memoria recolere. Quod si, tredecim ante annos, Romani cives Gregorium Magnum Pontificem religiose evocavimus, quum centenaria XIII illucesceret aetas, ex quo ipse Petri solium ascendit, quanto magis diei illius centenariam memoriam celebrabimus, quum terrestrem orbem relinquens, is meritorum suorum praemia est tandem consequutus? Sodalitas Petriana ex Catholica Italorum Iuventute munus hoc fecit suum, constituto ad rem coetu, atque benedictione erecta sanctissimi viri, qui eundem nostris diebus Gregorii occupans locum supremum, antiqui praedecessoris sui non sectator sed aemulus praestat; nos autem plaudentes accedimus, lapillum, quicumque is erit, ad opus dignissimum, pro nostris viribus, conferentes.

### GREGORIUS PP. I.

**A**NICIA gens nobilissima, inter patricias Romanae urbis, vi post Christum saeculo, eminebat, de qua optime Claudianus cecinit: « Per fasces numerantur avi ». Inde Gregorius originem duxit, qui vix triginta annos natus, ad maximum civilium honorum fastigium pervenit; sed brevi, quum spernere terrena didicisset, atque, materno exemplo, anhelare coelestia, ipsam aedem gentiliciam in clivo Seauri monasterium sibi fecit, auri pondus ingens in pauperes erogavit, praediaque sua Ecclesiae, aut monasteriis dono tradidit, quum Silvia ipsa mater, pari consilio,

ad Aventini montis radices in *cella nova* refugium supremis annis solitudinis sibi esse voluit, atque pater Gordianus in Ecclesiae fa-

premus Pastor vita functus esset, Romani cives eius in locum Anicium, frustra ut tanto ponderi subtraheretur, deprecantem, conelamarunt.

Atrox tunc temporis grassabatur Iues per Urbem; at Gregorius divina ope eretus publicam supplicacionem ad templum Sanctae Mariae Maioris indixit, ita plane ut totius populi precibus benigne accedens Deus flagella suae iracundiae averteret, quod reapse brevi contigit. Urbe, atque Italiae reliquis provinciis fame laborantibus, tritici horrea deinde Pater pandidit, thesauros domesticos in famelicos distribuit, quumque, die quadam, mortuo inediae causa viro occurrisset, quasi eius mortis reus, a sacris peragendis ipse abstinet manus.

Dominicum cultum quibus laboribus soverit, auxerit dicunt adhuc saeri ritus, quorum est quasi pater consalutatus; dicunt sepulchra Apostolorum ab eo ex integro ornata, dicunt denique saeri concentus eius nomine noti, quibus tantus adhuc honor et gloria est.

Nec satis: Anglicæ enim terra, inculta etiamtunc et erroris caligine obvoluta, iussu eius et cura lucem accepit, qui e clivo Seauri monachos apostolos eo primus misit.

Monumenta doctrinae eius ingentia stant adhuc *Homiliae*, *Διάλογοι*, *Pastoralis Regula* ad Episcopos, innumeraeque litteræ, quas praesertim ad Ravennatum exareras, atque ad Byzantinos Caesares misit, ut Italici populi iura vindicaret (1). Commendatio Sancto Petro, manumissio servorum miserrimorum ab eo pro egenis pauperibusque constituta primum sunt; ita profecto haud minori virtute, quam Leo olim PP. I contra Attilam, Anicius noster contra Imperatores pro fidelibus suis decertavit, me-



Vetustissima Gregorii Magni PP. imago,  
quam e codice saec. p. C. IX photographice Romae expressit  
nobisque ultro obtulit n. v. RODULPHUS KANZLER dynasta.

mulatum descendens *regionarius* est factus.

Haec gesta Gregorii nomen palam fecerunt illustre: Pelagius PP. II eum, renuentem lietet, diaconatu auxit atque apocrisarium ad Byzantium Imperatorem misit; quum autem su-

(1) En epistolarum tituli nonnulli, prouti Cardinalis Carafa *Index titularum in epistolis S. Gregorii Magni* colligit: De principum officiis — De iure belli et pacis — De magistratibus et iudicibus — De tribunalium "competentia" — De episcoporum electione, confirmatione, consecratione, residentia, officiis, etc. — Concilia — Forum ecclesiasticum — De immunitate Ecclesiae — De cleri officiis — De redempzione captivorum — Egenorum opes — De xenodochiis, hospitiis, senum asylis, etc.

ritoque quae Pompeio Magno laus est tributa spectare illi quoque apparuit, quasi ad summa omnia esset natus.

Non iniuria igitur cognomine Magni Gregorius est decoratus obitumque tanti Patris atque Pastoris romani late defleverunt, quem anno DCIV quarto Idus Martii requievit in Domino. Sepultus est ad *Secretarium* in extrema portie Vaticanae basilicae (1), versusque illi sunt in sepulchro inscripti:

*Suscipe terra tuo corpus de corpore sumptum,  
Reddere quod valeas vivificante Deo.  
Spiritus alta petit, leti nil iura nocebunt,  
Cui vitae alterius mors magis illa via est.  
Pontificis summi hoc clauduntur membra sepulchro,  
Qui innumeris semper virit ubique bonis.  
Esuriens dapibus superavit, frigora reste,  
Atque animas monitis texit ab hoste sacris.  
Impiebatque actu quidquid sermone docebat:  
Esset ut exemplum mystica verba loquens.  
Anglos ad Christum vertit pietate magistra,  
Acquires fideique agmina gente nova.  
Hic labor, hoc studium, haec tibi cura, hoc pastor agebas.  
Ut Domino offerres plurima luera gregis.  
Hisque Dei consul factus, laetare triumphis,  
Nam mercedem operum iam sine fine tenes.*

## GREGORII MAGNI MEMORIAE

A JOANNE DIAONO EXCERPTAE. (2)

### DE GREGORII GENERE ATQUE INSTITUTIONE.

Gregorius, genere Romanus, arte philosophus, Gordiani, viri clarissimi, et beatae Silviae filius, praefuit Romanae sedi annis tredecim, mensibus sex, diebus decem, temporibus Tiberii, Mauritii et Phocae, Augustorum. Iste senatoria stirpe progenitus tam nobilissimam quam etiam religiosissimam genealogiam duxit, ita ut quartus Felix Apostolicae sedis pontifex, vir magnae in Christi Ecclesiae reverentiae, qui basilicam sanctorum Cosmae et Damiani martyrum via sacra iuxta templum Romuli, sicut hactenus cernitur, venustissime fabricavit, eius atavus fuerit; et beata virgo Tharsilla, quae moritura promissionis caelestis audivit harmoniam, et Iesum Christum ad se recipiendam videre meruit, amita nihilominus eius exstiterit. Quam Gregorius geminae nobilitatis lineam piis moribus extulit, probis actibus exornavit, adeo ut praeagio quodam Graece Γρηγόριος, quod Latine « vigilans » resonat, vocaretur. Nam recta, quae do-

(1) Huius Beatissimi Gregorii venerabile corpus a Gregorio IV Sedi Apostolicae praesule post annos circiter quinquaginta translatum ante novellum secretarium constructis absidibus, sicut modo cernitur, sub altaris sui nominibus collocatum: quo eius anniversaria sollemnia cunctis certatim per noctantibus veneratione gratissima celebratur; in qua pelium eius et phylacteria, sed et baltheus eius consuetudinaliter osculantur. (Ioan. DIAC. *Vita Gregorii M.* lib. IV, § LXXX).

(2) Gregorii Magni gesta, prouti per illustribus viris, populari praesertim aura donatis, fieri contingit, ad posteros manavit singularium historiarum, traditionum plurius narratiuncularum plenam. Eas saec. viii Joannes, Neapolitanus ecclesiae diaconus, de serinio sanctae Sedis Apostolicae tanto plenius quanto certius carpere, studuit, quum vitam, amplissimam quam ex antiquitate accepimus, sanctissimi Pontificis exaravit in libros IV « divisam secundum distributionem eiusdem doctoris, qui librum regulae pastoralis quadripartita ratione distinxerat ». In primo igitur « qualiter ad culmen regiminis veneratur, perhibuit; in secundo « qualiter vixerit », diisserunt; in tertio « bene vivens qualiter docuerit », designavit, « et recte docens infirmitatem suam quotidie quanta consideratione cognoverit », in quarto conclusit. Non absconum itaque ab hodierna re putavimus, imo lectoribus gratum item atque iucundum, nonnulla ex Ioannis narratione, aurea simplicite renidente, depromere, vulgare, eaque opportunis notis passim instruere.

eturus erat, dum vivis operibus adimplevit, sibimet ipsi utique se vigilasse perdoenit; dum vero recta, quae faciebat, docendo quoque disseruit, vigilasse dignoscitur, non solum sibi, sed etiam futuri temporis Christianis. Siquidem ine-  
rant ei, in tenera aetate, matura iam studia, et auditurus incognita, religiosis senibus indagi-  
tator solertissimus adhaerebat; sumptaque do-  
ctrinae semita, tenaci memoria ruminanda, quae post in populos mellito declamaret gutture, con-  
gerebat.... (Lib. I, § I, II, III).

SEPTIFORMIS LITANIA A GREGORIO, IAM SUPREMO PONTIFICE RENUNTIATO, AD REMOVENDAM AB URBE PESTEM INDICTA.

Interim dum ab urbe regia Imperatoris prae-  
stolaretur assensus (1) et lues ipsa populum  
vehementius devastaret, venerabilis Levita Gre-  
gorius verbum ad plebem exorsus est di-  
cens:... (2) Proinde, fratres charissimi, con-  
trito corde, et correctis operibus crastina die,  
primo diluculo, ad septiformem Litaniam, iuxta  
distributionem inferius designatam, devota cum  
laerymis mente veniamus. Nullus vestrum ad  
terrena opera in agros exeat; nullus quolibet  
negotium agere presumat, quatenus ad sanctae  
genetricis Dei ecclesiam convenientes, qui simul  
omnes peccavimus, simul omnes mala, quae fe-  
cimus, deploremus; ut districtus index dum cul-  
pas nostras nos punire considerat, ipse a sen-  
tentia propositae damnationis parcat. — Litanie  
clericorum exeat ab ecclesia sancti Ioannis Ba-  
ptistae; Litanie virorum ab ecclesia sancti martyris Marelli; Litanie monachorum ab ecclesia  
sanctorum martyrum Ioannis et Pauli; Litanie  
aneillarum Dei ab ecclesia beatorum martyrum  
Cosmae et Damiani; Litanie feminarum coniugatarum  
ab ecclesia beati primi martyris Stephani;  
Litanie viduarum ab ecclesia beati martyris Vitalis;  
Litanie pauperum et infantium  
ab ecclesia beatae Ceciliae martyris (3).

Igitur dum magna multitudo omnis aetatis,  
sexus atque professionis, iuxta praeceptionem  
Levitae Gregorii, die constituta, Dominum ro-  
gatura venisset; in tantum lues ipsa iudicio  
divino desaevit, ut intra unius horae spatium,  
dum voces plebs ad Dominum supplicationis  
emitteret, octoginta homines, ad terram cor-  
ruentes, spiritum exhalarent. Sed nequaquam  
destitut facundissimus rhetor populo praedicare,

(1) Gregorianae scil. electionis ad supremum Pontifica-  
tum.

(2) Heic Joannes integrum refert Gregorii orationem, quam  
nos brevitatibus gratia omissimus.

(3) Gregorius Turonensis vero (*Historiar. lib. X*) alium ordinem litaniae designat, prouti sequitur: « Clerus igitur egrediatur — refert enim et ipse Gregorii orationem — ab ecclesia sanctorum martyrum Cosmae et Damiani cum presbyteris regionis sextae. Omnes vero abbates cum monachis suis ab ecclesia sanctorum martyrum Gervasii et Protovasii cum presbyteris regionis quartae. Omnes abbatissae cum congre-  
gationibus suis egrediantur ab ecclesia sanctorum martyrum Marcellini et Petri cum presbyteris regionis primae. Omnes infantes ab ecclesia sanctorum martyrum Ioannis et Pauli cum presbyteris regionis secundae. Omnes vero laici ab ecclesia Protomartyris Stephani cum presbyteris regionis septimae. Omnes mulieres viduae ab ecclesia sanctae Euphemiae cum presbyteris regionis quintae. Omnes autem mulieres coniugatae egrediantur ab ecclesia sancti martyris Clementis cum presbyteris regionis tertiae, ut de singulis ecclesiis exentes cum precibus et lacrymis ad beatas Marias semper Virginis Genitricis Domini Nostri Iesu Christi basili-  
cam congregemur, ut ubi diutius cum fletu ac gemitu Domini supplicantes, peccatorum nostrorum veniam prome-  
teri valeamus. — Haec cum dixisset, congregatis clericorum catervis, psallere iussit per triduum ac deprecari Domini misericordiam. Hora igitur tertia veniebant omnes choi psal-  
lentium ad ecclesiam clamantes per plateas Urbis: Kyrie eleison ».

ne ab oratione cessarent, donec miseratio di-  
vina pestis ipsa quiesceret (Lib. I, § XL,  
XLII, XLIII).

AB URBE DIFFUGIENS INDICIO CAELESTI MONSTRA-  
TUR, ET REDUCTUS PRIMAE SEDIS PONTIFEX CON-  
SECRATUR.

Enimvero cum adhuc futurus antistes puta-  
ret se principem a consensu consecrationis  
suae penitus avertisse, cognovit tandem suas  
litteras (1) a Germano praefecto Urbis, inter-  
ceptas fuisse. Cuius rei gratia imperiale respon-  
sum, quod videlicet voluntati suaे contrarium  
rebatur, praeveniens, quia palam egredi portas  
civitatis non poterat, a negotiatoribus expo-  
nendum se dissimulato, ut fertur, habitu cal-  
lidus impetravit, silvarum saltus petiit, cavernarum latibula requisivit. In quibus dum ab  
omnibus summa solicitude quaereretur, indi-  
cio columnae fulgidae, super se iugiter a caelo  
dependentis, agnoscitur, capit, trahitur et  
apud Beati Petri, Apostolorum principis, tem-  
plum summus Pontifex conseratur (Lib. I,  
§ XLIV).

GREGORIUS, PONTIFEX FACTUS, SERVUM SERVORUM  
DEI SE SCRIBENS, MEDIOCIBUS VESTIMENTIS  
AMICITUR.

Mox ut summum pontificium felicissimae  
Romanae urbis, Christo mortalibus considente,  
sortitus est, superstitionis, « Universalis » vo-  
cabulum, quod Joannes, Constantinopolitanus  
episcopus, insolenter sibi tunc temporis usur-  
pabat, more antecessorum suorum Pontificium,  
sub districtissimae intermissionis sententia re-  
futavit; et primus omnium se in principio epi-  
stolarum suarum servum servorum Dei scribi,  
satis humiliiter definivit; cunctisque suis suc-  
cessoribus documentum suaē humilitatis tam  
in hoc, quam in mediocribus pontificalibus in-  
dumentis, quod videlicet hactenus in sancta  
Romana Ecclesia conservatur, hereditarium re-  
liquit (Lib. II, § I).

ANTIPHONARIUM CENTONIZANS, CANTORUM CONSTI-  
TUIT SCHOLAM.

More sapientissimi Salomonis, propter mu-  
siceae compunctionem dulcedinem, antiphonarium  
centonem cantorum studiosissimus nimis utiliter  
compilavit; scholam quoque cantorum, quae  
haec hactenus eisdem institutionibus in sancta Ro-  
mana ecclesia modulatur, constituit; eique cum  
nonnullis praediis duo habitacula, scilicet alte-  
rum sub gradibus basilicae S. Petri Apostoli (2),  
alterum vero sub Lateranensis patriarchii domi-  
bus fabricavit (3); ubi usque hodie lectus eius,  
in quo recubans modularatur, et flagellum ipsius,  
quo pueris minabatur, veneratione congrua  
cum auctentico (sic) Antiphonario reservatur (4);  
quae videlicet loca per praeepti seriem sub  
interpositione anathematis ob ministerii quotidi-  
ani utrobique gratiam subdivisit. Huius mo-  
dulationis dulcedinem inter alias Europae gen-

(1) Has ad Mauritium Imperatorem Gregorius miser-  
“ adiurans, et multa pree deposens, ne unquam assensum  
populus praebaret, ut se huius honoris gloria sublimaret ».

(2) In loco ubi deinde fuit ecclesia S. Gregorii *de cortina*,  
sive *de area*, sive *in platea*, prouti in apposito articulo in-  
ferius declaramus.

(3) Num ecclesia S. Gregorii *in mortio*? Cfr. pariter in-  
ferius.

(4) Sed nostris diebus reliquia hae deperditae sunt.

tes Germani, seu  
scere insigniter p

GREGORII SANCTU

HOSPITE DOMINI  
TERTII DECIMI

Stationes perba  
coemeteria secunda  
mana quasi eo vi  
citus ordinavit; p  
rens, dum adhuc  
homilias Evangelii  
pore declamavit;  
dictavit quidem, s  
guore continuo, a  
Sequebatur exercit  
Gregorium praee  
doctrinae innuum  
aetatis ac profess  
cohorte; quibus  
militiae, cunctis d  
gerebat; pauperib  
conditio tempora  
tidiana stipendia  
talitatis Gregorius  
permansit, ut... a  
regrinos quoslibe  
quadam, unus ac  
ipse ex humilitate  
vellet, conversus  
eum, in cuius man  
non invenit. Cum  
miraretur, eadem  
nem dixit: Ceteris  
hesterno autem d  
pisti.

Alio quoque te  
consuetudinem su  
duodecim peregrini  
Qui pergens iussa  
sam pariter ordina  
scumberent, intuen  
et accersito Sacel  
suam tertium deci  
requisivit. Ille ob  
regrinos curiosius i  
inveniens, veluti se  
honorabilis pater, n  
ipse iussisti. Ergo  
decim identidem  
mum, quem solus  
videret, animadve  
rius virum proprius  
convertere, et nu  
vetulum venerand  
Finito convivio, d  
misit; tertium deci  
in cubiculum suu  
rans, ut ei se no  
dere dignaretur. C  
interrogas de nom  
Verumtamen seco  
ego sum naufragiu  
te, quando seribile  
elivum Seauri, eui  
et argenteam secut  
infusis leguminibus  
Et hoc tibi pro

(1) Eventum hunc

ee miseratione di-  
(Lib. I, § XLI,

AELESTI MONSTRA-  
TUS PONTIFEX CON-

rus antistes put-  
u consecrationis  
vit tandem suas  
cto Urbis, inter-  
imperiale respon-  
suae contrarium  
lam egredi portas  
otiatoribus expo-  
pertur, habitu cal-  
tus petiit, caver-  
quibus dum ab  
quaereretur, indi-  
se iugiter a caelo  
tit, trahitur et  
m principis, tem-  
securatur (Lib. I,

SERVUM SERVORUM  
IBUS VESTIMENTIS

ium felicissima  
alibus consulente,  
Universalis » vo-  
stantinopolitanus  
e temporis usur-  
orum Pontificum,  
ionis sententia re-  
in principio epi-  
orm Dei scribi,  
etisque suis sue-  
humilitatis tam  
pontificalibus in-  
tenus in sancta  
hereditarium re-

ANTORUM CONSTI-

is, propter mu-  
s, antiphonarium  
us nimis utiliter  
cantorum, quae  
s in sancta Ro-  
uit; eique cum  
la, scilicet alte-  
tri Apostoli (2),  
patriarchii do-  
die lectus eius,  
lagellum ipsius,  
atione congrua  
o reservatur (4);  
cepti seriem sub  
ministerii quoti-  
sit. Huius mo-  
s Europae gen-

Gregorius miserat  
unquam assensum  
oria sublimaret.  
gregorii de cortina,  
posito articulo in-  
Cfr. pariter in-  
perditae sunt.

tes Germani, seu Galli discere, crebroque redi-  
scere insigniter potuerunt... (Lib. II, § VI, VII).

GREGORII SANCTUM STUDIUM, PIETAS, CHARITAS. PRO  
HOSPITE DOMINUM RECIPIT. DUODECIM INVITATIS,  
TERTIUM DECIMUM ANGELUM IN MENSA HABET.

Stationes per basilicas, vel sanctorum martyrum  
coemeteria secundum quod hactenus plebs Ro-  
mana quasi eo vivente certatim discurrit, soli-  
citus ordinavit; per quas et ipse simul discur-  
rens, dum adhuc eloqui praevaleret, viginti  
homilia Evangelii coram Ecclesia diverso tem-  
pore declamavit; reliquias vero eiusdem numeri  
dictavit quidem, sed lassesciente stomacho lan-  
guore continuo, aliis pronunciandas commisit.  
Sequebatur exercitus Domini ultra citraque  
Gregorium praeeuntem, et auditurae verbum  
doctrinae innumerabiles undique diversi sexus,  
aetatis ac professionis voluntariae confluebant  
cohortes; quibus ille, utpote ductor cœlestis  
militiae, cunctis dumtaxat arma spiritualia sug-  
gerebat; pauperibus vero et advenis, qui pro  
conditione temporum Romam influxerant, quo-  
tidiana stipendia ministrabat... Tantae hospitali-  
tatis Gregorius in ipso etiam patriarchio  
permansit, ut... ad mensam suam quotidie pe-  
regrinos quoslibet invitaret. Inter quos, die  
quadam, unus accessit, in cuius manibus dum  
ipse ex humilitatis ministerio aquam fundere  
vellet, conversus ureum accepit; sed repente  
eum, in cuius manibus aquam fundere volebat,  
non invenit. Cumque hoc factum secum ipse  
miraretur, eadem nocte Dominus ei per visio-  
nem dixit: Ceteris diebus me in membris meis,  
hesterno autem die me in memetipso suscep-  
pisti.

Alio quoque tempore, idem Gregorius, iuxta  
constudinem suam, praecepit Sacellario, ut  
duodecim peregrinos ad prandium invitaret.  
Qui pergens iussa complevit, eosque ad men-  
sam pariter ordinavit. Dum autem simul di-  
scumberent, intuens Papa tredecim numeravit;  
et accersito Sacellario, cur contra iussionem  
suam tertium decimum invitare præsumperit,  
requisivit. Ille obstupefactus, convivantes pe-  
regrinos curiosus numeravit, et duodecim solos  
inveniens, veluti securus respondit: Crede mihi,  
honorabilis pater, non sunt nisi duodecim, sicut  
ipse iussisti. Ergo dum convictus saepius du-  
odecim identidem numeraret, ac tertium deci-  
mum, quem solus Papa videre poterat, non  
videret, animadvertisit spiritualis pater Grego-  
rius virum proprius discumbentem vultus crebro  
convertere, et nunc adolescentem, nunc vero  
vetulum veneranda quadam canieie simulare.  
Finito convivio, duodecim quidem abire per-  
misit; tertium decimum vero manu suscipiens,  
in cubiculum suum induxit, vehementer adiu-  
rans, ut ei se nomenque suum simpliciter pro-  
dere dignaretur. Qui respondit dicens: Et eur  
interrogas de nomine meo, quod est mirabile?  
Verumtamen scito memoria recognoscens, quia  
ego sum naufragus ille, qui quondam veni ad  
te, quando scribebas in cella monasterii tui ad  
clivum Seauri, cui dedisti duodecim numismata,  
et argenteam scutellam, quam tibi miserat cum  
infusis leguminibus beata Silvia mater tua (1).  
Et hoc tibi pro certo sit cognitum, quia ab

(1) Eventum hunc Ioannes narrat in lib. I, § X.

illo die, quo mihi haec hilari animo tribuisti,  
destinavit te Dominus fieri praesulem sanctae  
suae Ecclesiae, pro qua et proprium sanguinem  
fudit et esse te successorem atque vicarium  
Apostolorum principis Petri, cuius et virtutem  
imitatus es, cum substantiam offerentium divi-  
deret, prout cuique opus erat. Haec audiens  
Gregorius dixit: Et tu quomodo nosti, quod  
tunc me Dominus praeesse sanctae Ecclesiae  
destinarit? At ille inquit: Quoniam ego An-  
gelus eius sum, et tunc ab eo ad tuum inquirendum  
propositum destinatus. Tunc Gregorius,  
quia nondum manifeste viderat Angelum, prorsus  
expavis; sibique hunc taliter dicentem au-  
divit: Ne timeas, neque formides; ecce enim  
misit me Dominus, ut sim tibi custos, quam-  
diu fueris in isto mortali saeculo; quatenus  
quamecumque rem petieris, per me apud eum  
fiducialiter valeas impetrare. Illico Gregorius  
in faciem suam corruit dicens: Si propter meae  
parvitatis munusculum tanta mihi retribuit  
omnipotentissimus Dominus, ut et Pontifice  
me sanctae Ecclesiae faceret, et custodem  
mihi suum Angelum deputaret, quanta putem  
mihi restitui, si in praecepsis eius totis viribus  
permanens, plura studuero de pluribus ero-  
gare?

Igitur incipiens tantum largior esse decol-  
lato temporali commodo, quantum certior de  
recipiendo praemio sempiterno, cunctorum pa-  
trimoniorum praediorumque redditus ex Gelasio  
polypticho (1), cuius nimurum studiosissi-  
mus videbatur, pedissequus adaeravit, eorumque  
pensionibus in auro argentoque collatis  
omnibus ordinibus ecclesiasticis, vel palatinis,  
monasteriis, ecclesiis, coemeteriis, diaconiis, xe-  
nodoxiis urbanis, vel suburbanis, quot solidi  
singulis quater in anno distribuerentur, Pascha  
scilicet, natali Apostolorum, natali sancti Andre-  
ae natalitio suo per polyptichum, quo  
hactenus erogatur, indixit (Lib. II, § XVIII-  
XIX; XXII-XXIV).

QUOMODO INTELLIGI DEBEAT, GREGORIUM TRAIANI  
ANIMAM DE INFERNI CRUCIATIBUS LIBERASSE.

Legitur etiam penes easdem Anglorum ec-  
clesias, quod Gregorius per forum Traiani, quod  
ipse quondam pulcherrimis aedificiis venustarat,  
procedens, iudicij eius, quo viduam consolatus  
fuerat, recordatus atque miratus sit... (2) Huius  
ergo mansuetudinem iudicis asserunt Gregorium  
recordatum ad sancti Petri Apostoli basilicam  
pervenisse, ibique tam diu super errore tam  
clementissimi principis deflevisse, quousque re-  
sponsum sequenti nocte cepisset se pro Traiano  
fuisse auditum: pro nullo ulterius pagano pre-  
ces effunderet. Sed cum de superioribus miracu-  
lis Romanorum nemo sit qui dubitet, de hoc,  
quod apud Saxones legitur, huius precibus  
Traiani animam ab inferni cruciatibus libera-  
tam, ob id vel maxime dubitari videtur, quod  
tantus doctor nequaquam præsumeret pro pagano  
prorsus orare, qui quarto Dialogorum  
suorum libro docuerit eandem causam esse, eur  
non oretur a sanetis in futuro iudicio pro pec-  
catoribus aeterno igne damnatis, quae nunc

(1) *Polyptichon* (ex πολύπτυχον et πολύπτυχος) dicebatur ta-  
bula, seu liber censum et publicarum rationum.

(2) Sequitur a Ioanne narratum vulgatissimum illud exem-  
plum Traianae iustitiae in mulierem viduam, quod brevi-  
tatis causa omittimus.

etiam causa est, ut non orent sancti homines  
pro hominibus infidelibus impiisque defunctis,  
non advertentes quia non legitur pro Traiano  
Gregorium exorasse, sed tantum flevisse. Sic  
enim cum non oraverit Gregorius, plangendo  
potuit exaudiri, sicut Moyses cum dolendo ta-  
ceret, potuit clamasse videri; cui Dominus ta-  
centi labiis: Quid clamas, inquit, ad me? Ni-  
mirum Deus omnipotens corda renesque seru-  
tatur, et frequenter ea misertus concedit, quae  
homo quamvis, ut carnalis desideret, ea tamen  
petere non praesumit. Unde Psalmista: Desi-  
derium pauperum exaudiuit Dominus, et desi-  
deria cordis eorum audivit auris tua. Et no-  
tandum quia non legitur Gregorii precibus  
Traiani anima ab inferno liberata, et in para-  
diso deposita; quod omnino incredibile videtur  
propter illud quod scriptum est: Nisi quis re-  
natus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non in-  
trabit in regnum caelorum; sed simpliciter di-  
citur ab inferni solummodo cruciatibus liberata.  
Quod videlicet potest videri credibile, quippe  
cum ita valeat anima in inferno existere, et  
inferni cruciatus per Dei misericordiam non  
sentire, sicut unus gehennae ignis valet omnes  
peccatores pariter detinere, sic per Dei iustitiam  
cunetos non valet aequaliter exurere. Nam  
uniuersusque quantum meruit culpa, iusto Dei  
iudicio tantum sentietur et poena (Lib. II,  
§ XLIV).

QUA RATIONE SPIRITUS SANCTUS IN COLUMBAE  
SPECIE SUPER SCRIBENTIS GREGORII CAPUT DE-  
PINGATUR.

(Gregorio) defuncto, vehementissima fames  
eodem anno incubuit; et quanto patrono tunc  
Roma caruerit, licet rerum inopia toto pene  
mundo monstraverit, invidorum tamen feritas  
minime recognovit. Nam, sicut a maioribus  
traditur, cum calumiarum veterum incentores,  
Gregorium prodigum dilapidatoremque multi-  
plicis patriarchatus thesauri perstrepere, de-  
ficiente personali materie, ad comburendos li-  
bros eius cooperunt pariter anhelare. Quorum  
dum quosdam iam combussissent, ac reliquos  
vellent exurere, Petrus diaconus familiarissimus  
eius, cum quo quattuor Dialogorum libros di-  
sputaverat, traditur vehementissime obstitisse,  
dicens, ad obliteratedam eius memoriam, libro-  
rum exustionem nihil proficere, quorum exem-  
plaria, diversis potentibus, mundi ambitum pe-  
netrassent; subiungens immane sacrilegium esse  
tanti patris tot et tales libros exurere, super  
eius caput ipse Spiritum Sanctum in simili-  
tudine columbae tractantis frequentissime per-  
spexisset. Cumque dudum devotum populum  
diaconus cerneret occasione temporis cum in-  
vidis resultare, in hoc omnium sententiam di-  
citur provocasse, ut, si quod dixerat, iureu-  
rando confirmans, mori continuo mernisset, ipsi  
a librorum exustione desisterent; si vero testi-  
moni sui superstes exstisset, ipse quoque com-  
bustoribus manus daret. Itaque cum Evangelii  
in ambonem venerabilis levita Petrus aseen-  
dens, mox ut Gregorianae sanctitati testimoni-  
um praebuit, inter verba verae confessionis  
spiritum efflavit, et a dolore mortis extraneus  
iuxta pyrgi basim, sicut hactenus cernitur, con-  
fessor veritatis meruit sepeliri. Hinc est quod  
consuetudinaliter Spiritus sanctus in specie co-

lumbae super scribentis Gregorii caput depingitur (1), et quod expositionum illius pars maxima, quae utique ab invidis exusta recolitur, non habetur (*Lib. IV, § LXIX, LXX.*)

GREGORII FORMA ET HABITUS.

In absidiula (2) post fratrem Cellarium Gregorius eiusdem artificis (3) magisterio in rota gypsea pictus ostenditur, statura insta et bene formata, facie de paternae faciei longitudine (4), et materna rotunditate ita medie temperata, ut eum rotunditate quadam decentissime videatur esse deducta, barba paterno more subfulva et modica, ita calvaster, ut in medio fronte gemellos cineinnos rarusculos habeat, et dextrorum reflexos: corona rotunda et spaciose, capillo subnigro et decenter intorto, sub auriculae medium propendente, fronte speciosa, elatis et longis et exilibus superciliis; oculis pupilla fulvis, non quidem magnis, sed patulis, subœu-

Praeterea planeta super dalmaticam castaneam, evangelium in sinistra, modus crucis in dextra; pallio mediocri a dextro videlicet humero sub pectore super stomachum circulatum duxito, deinde sursum per sinistrum humerum post tergum deposito, cuius pars altera super eundem humerum veniens propria rectitudine, non per medium corporis, sed ex latere pendet; circa verticem vero tabulae similitudinem quod viventis insigne est (1) praeférens, non coronam. Ex quo manifestissime declaratur quia Gregorius dum adhuc viveret, suam similitudinem depingi salubriter voluit, in qua posset a suis monachis non pro elationis gloria, sed pro cognitiae distinctionis cautela frequentius intueri. Ubi huiusmodi distichon ipse dictavit:

*Christe potens domine nostri largitor honoris,  
Indulxit officium solita pietate gubernaria.*

(*Lib. IV, § LXXXIV.*)



Angelus mensae assidens a S. Gregorio egenis paratae.  
(Ex murali pictura ANTONI VIVIANI).

laribus plenis, naso a radice vergentium superciliorum subtiliter directo, circa medium latiore, deinde paulum recurvo, et in extremo patulis naribus praeminentibus, ore rubeo, crassis et subdivisis labiis, genis compositis, mento a confinio maxillarum decibiliter prominente, colore aquilino et livido, nondum, sicut ei postea contigit, cardiae, vultu mitis, manibus pulchris, teretibus digitis et habilibus ad scribendum.

(1) Traditio columbae, non aliter ac de Traiani animae liberatione, a vivacibus Gregorianis narrationibus apud Saxones repetenda est. En quo modo et diverso eam narrat monacus quidam e Northumbria, inuenit saec. VIII: "Super humum virum Dei vidisse quidam dicitur de suis satis ei familiari bus albam sedisse columbam, cum in praedictum Ezechielem fecit omelias. Cui seilicet videnti valde pro illo iratus accessu preecepit, ne seilicet, aperto celesti signo, claritas fama extollis foris videretur humana." (Cfr. GRISAR, *La tomba di san Gregorio Magno in Rassegna Gregoriana*, an. II, n. 34).

(2) In aedibus ipsius Gregorii ad elevum Seauri, quas ille in monasterium convertit, templum adieciens S. Andreae, nunc ipsius Gregorii Magni titolo decoratum (Cfr. inferius). Imago vero haec perit: quamquam nostris diebus iuxta Ioannis peculiares indicationes, quae hec leguntur, cl. vir E. Wuescher Beechi reproducere in tabula tentavit (Cfr. *Rassegna Gregoriana*, an. II, n. 6).

(3) Nomen huius artificis frustra desideratur.

(4) Gordiani, Gregorii patris, faciem Iohannes "deductam" dicit (*Lib. I, § LXXXIII.*)

(1) Nimbus scil. quadratus.

*Antiphonarii* partes ipse ediderit. Quae nemo sanae mentis profecto adfirmavit.

Traditio unum id tantum docet, monumenta patrum, quae de re exsistebant, ipsum colligisse, selegisse, auxisse, emendasse, eiusque opera esse factum, ut sacrorum concentuum quasi codex et regula conderetur in posteras aetas aeternum. Quae satis sunt plane et ad eius gloriam tutandam, et ad traditionem defendendam, quae tantam de illo laudem protulerat. Verumtamen animadvertere est, vetustis modis ab eo collectis eamdem nobis venerationem praebendam esse, quam tanto nomini hodie tribuimus. Quinimo modos a traditione servatos, et si Pontifex haud condiderit ipse, ex eius tamen asseclis quisquam effinxit ita, ut mererentur omnino ad suam puritatem reduci. Huiusmodi instauracionis labor opportunissime iam atque sapienter aetate Pii V Summi Pontificis expletus est, eum ipse Missale Romanum ad « pristinum Sanctorum Patrum ritum et normam » revocavit pariterque Breviarium. Modo, post operam in rem a Leone XIII Pontifice exanthatam, Pius PP. X incoepit explevit opus a saeculis inchoatum. Illud itaque haud brevis Gregorii aetas omnino paravit, sed pristina saecula instituerant, ac perfectura posteriora tempora erant. Tum precurentes, tum haeredes Gregorii non defuerunt; neque fons concentuum, quam ille veluti constituta fovea per rivulos deduxit, eius post laborem arescere cito est visa.

Quae immo modis illiusmodi tantum conciliant honorem antiquitatis, veneranda praesertim iura sunt. Nam ex vetustissima origine eas Gregorius deduxit radices, quae immarcescibilem vitam illi paraverunt in aevum. Ita enim atque passim documenta, et mores Ecclesiae traditione vivunt et moventur, et renovantur: traditio nova est simul et vetus; renovatur saepe, semper vero in oculis omnium venerandos pios usus et mores facit.

Ante Gregorii leges profecto certos canendi modos ecclesiastici viri adhibebant, neque orandi deerant formulae, neque ad Sacra facienda ritus. Neque longe alias plane quam hodie servatur, ante Saerum Missae litandum, ante Agni ineruentam oblationem, vocis et sonitus et psalmorum oblatio erat, atque cor suum fideles una mente et spiritu Domino Deo offerebant, noctisque et diei ita varias horas et tempora eoram Ipso consacrabant precibus diuturnis. Militum spatia exercitantur desumpta pariter fuerant ad laudes divinas partiundas, atque antiphonarium Ecclesiae primum ipsum psalterium fuit. Quare non absurdum videtur suspicio doctorum, qui putent una cum ipsis psalmis modus eorum et Synagogae concentus in Christianos mores fortasse inventos.

En itaque cantibus, quos Gregorius Pontifex collegit, quam antiquissima forte origo sit repetenda, en quanta laude cumulanda Gregorii opera appareat, qui tantum antiquitatis thesaurum nobis servavit; en denique quam liberenter et grata sit suscipiendus viventis Pontificis incoepitus, qui gloriam traditionis huius sanctissimae in suum ius restituere tam sollertia opera contendit.



Urbani templi pro

DE UR

GREGORIO M

HOMINI, qui Gregorii PI « monachorum sliiarum » laude fuit appellatus, cibus relatus, ha memoriam eius fuisse et fidelium Urbanis templis tum fuit; notitia prohibeant ne ec congeramus.

Sed de Gregor nem habentibus facile se praebet templo respiciat ora minime pe celeberrimi viri universique orbis lateque recinantur, templum « Armeniorum » et regionem Ar ticanico. S. Greg etum est, quod ditum, id est pa guli formam de ante Vatianam etiam ei fuit situm in extre cae, facile in Ioanne diacono lam cantorum p Pontificali (an. dochium pro sch habent non soli ii qui ut cibis



Urbani templi S. Gregorii ad clivum Scauri  
prospectus exterior.



## DE URBANIS TEMPLIS

GREGORIO MAGNO PONTIFICI DICATIS.

**H**OMINI, qui famam sanctitatis perpenderit Gregorii PP. I, unde, ipso vita functo, «monachorum speculi, Urbis patris, orbis deliciarum» laudem meruit, cognomine Magni fuit appellatus, et inter caelites ex populi vocibus relatus, haud mirum videbitur, loca ob memoriam eius insignia, in templo conversa fuisse et fidelium cultu honestata. De his igitur Urbanis templis notitiam heic afferre propositum fuit; notitiam dico, quum spatii angustiae prohibeant ne eorumdem historiam nominatim congeramus.

Sed de Gregorianis Urbanis templis sermonem habentibus in duas partes argumentum facile se praebet dividendum, quorum altera templo respiciat, quae ad nostra usque tempora minime pervenerint, altera quae adhuc celeberrimi viri gesta et nomen Romanis nobis universique orbis peregrinis et advenis longe lateque recinant. Ad primam itaque quod attinet, templum revocabimus S. Gregorii vulgo «Armeniorum» appellatum, quum ad vicum et regionem Armeniorum extaret in colle Vaticano. S. Gregorius «de cortina» etiam dictum est, quod prope cortinam S. Petri conditum, id est parvam illam plateam ad rectanguli formam deductam, quae usque ad saec. XIV ante Vaticanam basilicam exstebat. Cognomen etiam ei fuit «de area» sive «in platea»; situm in extrema cortina, ante gradus basilicae, facile in ipso recognosci locus potuit a Ioanne diacono descriptus, ubi Gregorius scholam cantorum posuit. Ceterum ex libro etiam Pontificali (an. DCC-DCIV) memoratur heic «xenodochium pro schola cantorum», ubi domicilium haberent non solum basilicae cantores, sed etiam ii qui ut cibum pauperibus distribuerent, ad

S. Petri congregantibus, deputati erant. Heic igitur servabatur et celebatur Gregorii lectus et ferula, quacum pontifex pueris, musicae scholae incuriosis, minabatur (1).

Haud longe, sed a memorato templo prorsus distinctum aliud erat, iuxta Vaticanarum aedium porticum ad septem triones spectantem, «de palatio» nuncupatum, ob id praesertim insigne, quod in eius vestibulo Benedictus PP. IV sepultus fuit. Solo aequatum est Pio IV Pontifice; quam autem memoriam Gregorii vitae recoleret prorsus latet.

Non idem vero sentio, – quamquam apud nullum scriptorem id commemoratum ante inveni, – de sacello Gregoriano in campo Lateranensi eretto, cui cognomen «in martio», fortasse ex ara aliqua Martis, ibi, aut prope existente; quum sacellum hoc in memoriam redigat locum ubi scholam alteram cantorum Gregorius excitavit. Utrum opinio haec mea valida nec ne sit *viderint consules*; mihi enuntiisse sufficiat.

Restat ut mentio fiat de aedicula S. Gregorii «de gradellis», quam scimus fuisse non longe a Circu Maximo, ita ut Armellinius deduxerit nomen a circi gradibus sumptum, super quibus forsitan erecta erat. Longus eam parum distante ab amphitheatro Flavio (vulgo *Colossaeum*) ponit; quare Armellinius ipse putavit in principio viae fuisse, quae ad templum «S. Gregorii in monte Caelio» sive «ad clivum Scauri» ducit (2).



Quod quidem templum, maximum quod Gregorio dicatum fuerit, ab ipso Pontifice erectum est in honorem S. Andreae apostoli, quum aedes suas Anicias in monasterium convertit, quo in solitudinem se abdidit, usque dum ecclesiastici honores eum inde eduxerint. Aliquot annos post Gregorii mortem monasterium derelictum est; sed Gregorius PP. II monachis restituit novam condens ecclesiam, quam Magno predecessori suo dicavit. Sed novae hae aedes recentiorem formam sumpsere an.

MDLXXXIII, quum Scipio Card. Burgesius novam eamque ditissimam frontem, duplensemque porticum erexit, opera Io. Bapt. Soria architecti. Quo in portico nonnullas Gregorii historias depingendas commisit Nicolao dalle Pomarance, artifici illis temporibus clarissimo, collocaque curavit sepulchra veterum aedium nonnulla. Templi vero inte-

rior pars an. MDCCXXV rursus a monachis aedificari copta est iuxta formam lineis descriptam a fratre Iosepho Serratinii ex ordine Camaldulensi, cui templi custodia commissa est: Francisco tamen Ferrari aedificium perficiente, quem ad modum ipsi, lectores, in hac *Vox Urbis* pagina effictum videtis. Iuxta templum tria sacella exstant, a celeberrimo illo Cardinali Baronio, tunc temporis eccl. S. Gregorii «abbate commendatario», renovata; quorum alterum S. Silviae est dicatum, Guidonis Reni picturis insigne, alterum S. Andreae apostolo, ipsius pietoris, et Pomarancii supra memorati, et clarissimi Dominici Zampieri, vulgo *il Domenichino*, decorum; tertium denique S. Barbarae consecratum, et picturis Antonii Viviani Urbinate illustratum, qui facta nonnulla S. Gregorii in parietibus effinxit, inter quae convivium duodecim pauperum, cui decimus tertius angelus accessit, quum inibi tabula ex marmore asservetur super qua traditio fert Gregorium egentibus cibum comparare solitum (1).

Sed etiam domum ubi apud Romanum populum ex fama acceptum est Gregorium a Silvia partum, saeram fecerunt, nomine sancti Gregorii «de ponte», quum ad pontem Fabricium sit, iuxta Tiberinam insulam. Paroecia quondam, congregationi tradita «Operariorum a Divina Pietate» ineunte saec. XVIII ex imis fundamentis iterum est excitata.

Ut rivos claudam, animadvertisam denique augustum nunc templum S. Mariae «de Vallicella», in regione *Parione*, fuisse quondam Gregorio quoque sacrum; atque ideo quum S. Philippus Neri, cui Gregorius PP. XIII tradidit, late amplificans illud iterum construxit, et «Ecclesiae Novae» vulgo nomen sumpsit, non tamen Magni Pontificis memoriam disperdidit, quae clarior, sollempnibus inibi indictis, his diebus insonabit.

I. F.

(1) Hanc eti. m tabulam satis probabilem in hoc fasciculo praebemus.



Urbani templi S. Gregorii ad clivum Scauri prospectus interior.

(1) Cfr. superius  
(2) Cfr. ARMELLINI, *Le chiese di Roma dalle loro origini sino al secolo XVI* (Romae, 1887), pag. 290.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE X

LITTERAE ENCYCLICAE

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS  
ALIOSQVE LOCORVM ORDINARIOS  
PACEM ET COMMVNIONEM  
CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES

DE S. GREGORIO MAGNO



VENERABILIBVS FRATRIBVS  
PATRIARCHIS PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS  
ALIOSQVE LOCORVM ORDINARIOS  
PACEM ET COMMVNIONEM  
CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

PIVS PP. X

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Ineunda sane accedit recordatio, Venerabiles Fratres, magni et incomparabilis viri (1), Gregorii Pontificis huius nominis primi, cuius, vertente anno millesimo tercentesimo ab eius obitu saecularia solemnia celebratur sumus. Nec absque singulari Dei providentia, qui *m̄itificat et vivificat...*, *humiliat et sublērat* (2), factum esse arbitramur, ut inter apostolie ministerii Nostri paene innumerabiles curas, inter tot animi anxietates ob plurima eaque gravissima, quae universae Ecclesiae per Nos regendae debemus, inter sollicititudines queis premimur, ut et vobis, Venerabiles Fratres, in apostolatus Nostri partem vocatis, et fidelibus omnibus curae Nostrae commissis quam optime satisfiat, vel a Nostri summi Pontificatus exordiis, in sanctissimum hunc et illustrem Decessorem, Ecclesiae deus atque ornamentum, oculorum aciem converteremus. Erigitur quippe animus ad magnam fiduciam in eius patrocinio penes Deum validissimo, et eorum, sive quae sublimi magisterio praecepit, sive quae sancte gessit, memoriam recreatur. Quod si ipse et praeceptorum vi et fecunditate virtutum in Ecclesia Dei tam ampla, tam alta, tam firma vestigia signavit, ut iure ab aequalibus et a posteris *Magni* nomen sit consequens, apteturque illi vel hodie, tot saeculorum intervallo, ipsius inscripta sepulcro laudatio: *innumeris semper virit ubique bonis* (3), fieri profecto non potest, ut admiranda illius exempla sectantibus, divina opitulante gratia, non liceat, quantum humana sinit infirmitas, sua officia tueri.

Ea persequi vix opus est quae ex historiae monumentis nota sunt omnibus. Summa erat publicarum rerum perturbatio quo tempore supremum invit pontificatum Gregorius; extincta prope vetus humanitas, romani ruentis imperiorum dominatus omnes barbaries invaserat. Italia vero, a Byzantinis imperatoribus derelicta, facta fere Langobardorum præda fuerat, qui, suis nondum compositis rebus, hue illue exurabant, omnia ferro flammâque vastantes, luctu omnia caedibusque compleentes. Haec ipsa Urbs, minis hostium exterius perculta, interius afflita pestilentia, eluvionibus, fame, eo miseriae devenerat, ut iam procurandae incolumitatis, non modo civium sed confortatae multitudinis se intus propriopentis, ratio nulla suppeteret. Cernere namque erat sexus omnis et conditionis homines, episcopos, sacerdotes sacra vasa rapinis erepta portantes, religiosos viros, intemeratas Christi sponsas, fuga se, vel ab inimicorum gladiis, vel a perditorum hominum turpi violentia subducere.

(1) *Martyrol. Rom.* 3 sept. — (2) *I Regum* ii, 6, 7. — (3) Apud IOANN. DIAC., *Vita Greg.* iv, 68.

Romae autem Ecclesiam ipse Gregorius appellat: *retusam navim rehementerque confactam... undique enim fluctus intrant, et quotidiana ac valida tempestate quassatae putridae naufragium tabulae sonant* (1). At quem Deus suscitaverat nauta manu pollebat, et clavo tractando praepositus, non modo inter aestuantes procelas ad portum appellere, sed navim a futuris tempestatibus praestare tutam valuit.

Ac mirum quidem quantum ipse perficit spatio regiminis annorum vix supra tredecim. Exstitit enim christiana vitae instaurator universae, excitans pietatem fidelium, observantiam monachorum, cleri disciplinam, sacerorum antistitum pastorem sollicitudinem. *Prudentissimus paterfamilias Christi* (2), Ecclesiae patrimonium custodivit, adauxit, egenti populo, christiana societati et singulis ecclesiis, pro sua enique necessitate, large copioseque suppeditans. Vere *Dei consul factus* (3), actuosa voluntatis fecunditatem ultra Urbis moenia porrexit, totamque in bonum consortii civilis impedit. Byzantinorum imperatorum iniustis postulationibus restituit fortiter; exarcharum et imperialium administratorum fregit audacia, sordidamque avaritiam coerevit, publicus iustitiae socialis adsertor. Langobardorum ferociam mitigavit, minime veritus ad portas Urbis obviam ire Agilulfo, ut ipsum ab ea obsidione dimoveret, quod idem cum Attila Leo Magnus pontifex egerat; nec a precibus blandisque suasionibus, aut ab agendo sagaciter ante destitit, quam formidatam eam gentem tandem aliquando pacatam vidit, aequiore reipublicae forma constituta, eandemque catholicae fidei additam, operâ in primis piae reginae Theodolindae, in Christo filiae suea. Quare Gregorius iure sibi vindicat nomen servatoris et liberatoris Italiae, huius nempe terrae, quam ipse suaviter vocat *suam* (4). Pastoralibus eius nunquam intermissis euris, in Italia, in Africa errorum reliquiae extinguuntur, Ecclesiae res ordinantur in Galliis, Visigoti in Hispaniis inchoatae conversionis incrementa suscipiunt, Britannorum incolyta gens, quae, *dum in mundi angulo posita in cultu lignorum ac lapidum perfida nunc usque remaneret* (5), et ipsa ad veracem Christi fidem accedit. Cuius tam pretiosae acquisitionis accepto nuntio Gregorius eo gaudio perfunditur, quo carissimi filii complexu pater, Iesu Servatori accepta referens omnia, *cuius amore, inquit ipse, in Britannia fratres quaerimus, quos ignorabamus; cuius munere, quos ne-scientes quaerebamus, invenimus* (6). Ea vero gens adeo se memorem Pontifici saneto probavit, ut ipsum usque appellari: *magistrum nostrum, Apostolicum nostrum, Papam nostrum, Gregorium nostrum*, seque tamquam sigillum apostolatus eius existimat. Denique tanta in ipso fuit opera vis, tanta salubritas, ut rerum ab eo gestarum memoria alte insederit in animis posteriorum, media aetate potissimum, quae spiritum quadammodo ab eodem infusum duebat, eius verbo quasi alimentum trahebat, eius ad exempla vitam moresque conformabat, succidente felieiter in orbe terrarum christiana societatis humanitate adversus romanam, quae, saeculorum emensa cursus, esse omnino desierat.

*Haec mutatio dexteræ excelsi!* Ac vere quidem affirmare licet, sic persuasum fuisse Gregorio, non aliam nisi Dei manum talia patrasse. His enim verbis de Britanniae conversione sanctissimum monachum Augustinum affatur, quae sane de ceteris omnibus in ministerio apostolico ab ipso gestis intelligi possunt. *Cuius opus hoc est, inquit, nisi eius qui ait: Pater meus usque nunc operatur et ego operor?* (7). *Qui ut mundum ostenderet, non sapientia hominum, sed sua se virtute convertere, praedicatores suos, quos in mundum misit, sine litteris elegit; hoc etiam modo faciens, quia in Anglorum gente fortia dignatus est per infirmos operari* (8). Equidem Nos minime latent, quae sancti Pontificis oculis, de se abiecte sentientis, omnino fugiebant, et rerum gerendarum peritia, et in coepitis ad exitum perducendis ingenium sagax, et in rebus disponendis mira prudentia, et sedula

(1) *Registrum* I, 4 ad IOANN. episcop. Constantinop. — (2) IOANN. DIAC., *Vita Greg.* ii, 51. — (3) *Inscr. sepolcr.* — (4) *Registr.* v, 36 (40) ad Manricium Aug. — (5) *Ibid.* viii, 39 (30) ad Eulog. episcop. Alexandr. — (6) *Ibid.* xi, 36 (28) ad Augustin. Anglorum episcop. — (7) *Registr.* v, 17. — (8) *Registr.* xi, 36 (28).

vigilantia et non intermissa sollicitudo. At compertum pariter est, ipsum, non qua huius mundi principes, vi et potentia fuisse progressum, qui in altissimo illo pontificiae dignitatis fastigio primus voluerit appellari: *Servus servorum Dei*, non profana tantum scientia aut *persuasibilis humanae sapientiae verbis* (1) viam sibi munivisse, non prudentiae tantum civilis consiliis, non instaurandae societatis rationibus diuturno studio praeparatis ac deinde in rem deductis, non denique, quod admirationem habet, mente concepto sibique proposito vasto aliquo trahite, in apostolico ministerio sensim percurrente; quum contra, ut notum est, in ea esset cogitatione defixus, qua putaret imminere mundi finem. Adeoque modicum tempus reliquum esse ad grandia facinora. Gracili admodum et infirmo corpore, diuturnis afflictatus morbis, ad extremum saepe vitae disserimen, incredibili tamen pollebat animi vi, cui nova semper alimenta suppeditabat vivida fides in Christi verbo certissimo in eiusque divinis promissis. Maximam quoque fiduciam collocabat in collata divinitus Ecclesiae vi, qua ipse rite posset suo in terris fungi ministerio.

Quare hoc illi propositum in omni vita fuit, quale singula dieta eius faetaque comprobant, ut eandem fidem ac fiduciam et in se ipse foveret et in aliis vehementer excitaret, dumque supremus sibi dies adveniret, quantum hic et nunc licet, optima quaeque sectaretur.

Inde sancti viri firma voluntas in communem salvatorem derivandi uberrimam illam cœlestium donorum copiam, qua Deus Ecclesiam ditavit, eiusmodi sunt et revelatae doctrinae certissima veritas, et eiusdem, qua patet orbis, efficax praedicatio, et sacramenta, quae vim habent sive infundendi sive augendi animalium vitam, ac denique, superni praesidii auspex, gratia precum in Christi nomine.

Harum rerum recordatio, Venerabiles Fratres, mire Nos recreat. Qui si ex hoc Vaticanorum vertice moenium circumspicimus, eodem quo Gregorius, ac maiore fortasse metu vacare non possumus; tot undique coactae tempestates ineumbunt, tot premunt hostium instructae phalanges; adeoque sumus humano quovis praesidio destituti, ut nec illas propulsandi, nec horum impetum sustinendi ratio suppetat. Verum reputantes Nostri ubi sstant pedes, quo loco sit pontificia haec Sedes constituta, in arce Ecclesiae sanetae tutos Nos esse sentimus. *Quis enim nesciat*, ita Gregorius ad Eulogium patriarcham Alexandrinum, *sanc-tam Ecclesiam in Apostolorum principis soliditate firmatam, qui firmitatem mentis traxit in nomine, ut Petrus a petra vocaretur?* (2) Divina Ecclesiae vis nullo temporis decursu excidit, neque Christi promissa expectationem fefellerunt; ea sie perseverant, quemadmodum Gregorii animum erexit; quin etiam ex tot saeculorum comprobatione, ex tanta rerum vicissitudine multo Nobis validius roborantur.

Regna, imperia dilapsa; sui famâ nominis et humanitatis laude florentissimae gentes occiderunt; saepe, quasi senio confectae, ipsae se nationes diremunt. At Ecclesia, suapte natura non deficiens, nexus nunquam dissolvendo cum cœlesti Sponto coniuncta, heic non caduo flore viget iuventutis, eodem instrueta robore quo prodiit e transfosso Christi corde in cruce iam mortui. Potentes in terris adversus eam sese extulerunt. Evanuere hi, sed illa superfluit. Philosophandi vias pene infinita varietate excoigitant magistri de se gloriose praedicantes, quasi Ecclesiae doctrinam tandem aliquando expugnasset, fidei capita refellissent, eius magisterium omne absurdum demonstrassent. Eas tamen historia, singulas oblitteratas recenset funditus deletas; quum interea lux veritatis ex aree Petri eodem fulgore coruscet, quem Iesus ortu suo excitavit aliquidque divina sententia: *cælum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt* (3).

Hac Nos fide alti, hac petra solidati, dum sacri principatus munia omnia gravissima, simulque manantem divinitus vigorem animo sensuque percipiimus, tranquilli exspectamus quoad voces conticescant tot obstrepentium, actum esse de catholica Ecclesia,

(1) *Registr.* viii, 2. — (2) *Ibid.* iii, 51 (65) ad Virgil. episcop. — (3) MATTH. xxiv, 35.

eius doctrinas aetaturam, ut cogitat Deum relictientis consortio demigrat, possumus quin enim, sive procedunt, quanta cogat neque terrestris huius u-

Quamobrem, uenientis gressus in dirige, in qua Redundum fundasse nosceri cordis vestigia. Sola Ecclesia canit, confusa ordi consummat (2). Rerum posse terrena regem cœmque reipublica dare (3). Hinc sudaiae inter ecclesias utramque Dei provare. *Ad hoc enim caelitus data est, ut caelorum via liberae cœlesti regno fam*

Ex hisce princeps manabat, quam, o Nobis proponentes iura et privilegia nostros custos ac vincit in minibus. Quare idem Alexandria atque Attica Ecclesiae universitatem ostendere, quia in eialiter aliquid non tem Augustum: *Quod per inanis gloriae trum suam cervicem confido, quia mea Atque ad Sabinianam mori, quam beati Iulii bus degenerare. Mores, quia diu portare, contra om*

Eiusmodi edebantur, erantque dictabantur. Ita, docile epibus tum populiter, et ad humanitatem fecundiorum, quod ad rectum usum rati et ab evangelio præportare, contra om

Sed eo tempore omnis humanitatis hæc autem donari aperit, per Ecclesiam: *Egantius habeant (8) que affluentem. Nam nisi supernaturalis naturalis ordinis v. Si radix sancta, et tu autem cum olea eius radicis et pin*

At nostra aetas, luce fruatur, et nungarano comparari, dire, a qua præcepit, nendum praeterita, repetenda. Nec mo-dissidiis, se ipsa sed vel imam arboconaturque vitalen illa corrut nullum

Hodiernus hie eterni flunt, causa salutis iacturam adoleamus, plura eti

(1) *Registr.* viii, 2. — (2) *Ibid.* iii, 51 (65) ad Virgil. episcop. — (3) MATTH. xxiv, 35. — (4) *Registr.* viii, 27 (40). — (5) *Ibid.* v, 37 (20). — (6) *Ibid.* v, 37 (20). — (7) *Ad Rom. xi, 16.*

ollicitudo. At compre-  
qua huius mundi prin-  
gressum, qui in altis-  
s fastigio primus vo-  
rum Dei, non profana  
libus humanae sapien-  
tis, non prudentiae  
instaurandae societatis  
aeparatis ac deinde in  
ad admirationem habet,  
posito vasto aliquo tra-  
sensim pereurrendo;  
in ea esset cogitatione  
mundi finem, adeoque  
e ad grandia facinora.  
corpore, diuturnis affli-  
saepit vitae discriben-  
ti vi, cui nova semper  
fides in Christi verbo  
promissis. Maximam  
in collata divinitus Ec-  
clesia set suo in terris fungi

in omni vita fuit, quale  
omprobant, ut eandem  
ipse soveret et in aliis  
ne supremus sibi dies  
liceret, optima quae-

ntas in communem sa-  
lam caelestium donorum  
editavit, cuiusmodi sunt  
ima veritas, et eiusdem,  
dicatio, et sacramenta,  
endi sive augendi ani-  
meri praesidii auspex,

enerabiles Fratres, mire  
e Vaticanorum vertice  
dem quo Gregorius, ac  
non possumus; tot un-  
embunt, tot premunt  
s; adeoque sumus hu-  
stiti, ut nec illas pro-  
s sustinendi ratio sup-  
stri ubi sstant pedes,  
pedes constituta, in arce  
esse sentimus. *Quis enim*  
*magnum patriarcham Ale-  
xandrinum in Apostolorum prin-  
cipitatem mentis traxit*  
*et vocaretur?* (2) Divina  
decursu excidit, neque  
nem fellerunt; ea sic  
Gregorii animum ere-  
citorum comprobatione,  
multo Nobis validius

famâ nominis et huma-  
entes occiderunt; saepe,  
e nationes diremerunt.  
on deficiens, nexus nu-  
sti Sponso coniuncta,  
iuventutis, eodem in-  
transfusso Christi corde  
es in terris adversus  
hi, sed illa superfuit.  
ta varietate exegita-  
raedicantes, quasi Ec-  
quando expugnassent,  
magisterium omne ab-  
men historia, singulas  
e deletas; quum inter-  
ri eodem fulgore co-  
nitavat aliquid divina  
nsibunt, verba autem

solidati, dum sacri  
issima, simulque ma-  
no sensu percipi-  
ad voces conticescant  
e catholica Ecclesia,  
ii, 37 (40). — (3) MATTH.

eius doctrinas aeternum cecidisse; brevi eo deven-  
turam, ut cogatur aut scientiae atque humanitatis  
Deum relictis placita excipere, aut ab hominum  
consortio demigrare. Inter haec tamen facere non  
possimus quin cum ipso Gregorio in mentem om-  
nium, sive procerum sive inferiorum, revocemus,  
quanta cogat necessitas ad Ecclesiam confugere, per  
quam detur et sempiternae saluti, et paci atque ipsi  
terrestris huius vitae prosperitati consulere.

Quamobrem, ut sancti Pontificis utamur verbis,  
mentis gressus in eius petrae soliditate, sicut coepistis,  
dirigit, in qua Redemptorem nostrum per totum mun-  
dum fundasse nostis Ecclesiam, quatenus recta sin-  
ceri cordis vestigia in decio itinere non offendant (1).  
Sola Ecclesiae caritas et cum ipsa coniunctio divisa  
unit, confusa ordinat, inaequalia sociat, imperfecta  
consummat (2). Retinendum firmiter, neminem recte  
posse terrena regere, nisi nocerit divina tractare, pa-  
cemque reipublicae ex universalis Ecclesiae pace pen-  
dere (3). Hinc summa necessitas perfectae concordiae  
inter ecclesiasticam et civilem potestatem, quam  
utramque Dei providentia voluit mutuâ sese ope iu-  
vare. *Ad hoc enim potestas... super omnes homines*  
*caelitus data est, ut qui bona appetunt adiurentur,*  
*ut caelorum via largius pateat, ut terrestre regnum*  
*caelesti regno famuletur* (4).

Ex hisce principiis invicta illa Gregorii fortitudo  
manabat, quam, opitulante Deo, imitari curabimus.  
Nobis proponentes modis omnibus, sarta teactaque  
iura et privilegia tueri, quorum Pontificatus roma-  
nus custos ac vindex est, coram Deo et coram ho-  
minibus. Quare idem Gregorius ad patriarchas Ale-  
xandriae atque Antiochiae, quum de iuribus agatur  
Ecclesiae universae, etiam moriendo, scribit, debemus  
estendere, quia in damno generalitatis nostrum spe-  
cialiter aliquid non amamus (5). Ad Mauricium au-  
tem Augustum: *Qui contra omnipotentem Dominum*  
*per inanis gloriae tumorem atque contra statuta Pa-  
trum suam cervicem erigit, in omnipotenti Domino*  
*confido, quia meam sibi nec cum gladiis flectit* (6).  
Atque ad Sabinianum diaconum: *Ante paratior sum*  
*mori, quam beati Petri apostoli Ecclesiam meis die-  
bus degenerare. Mores autem meos bene cognitos ha-  
bes, quia diu porto; sed si semel deliberavero non*  
*portare, contra omnia pericula laetus rado* (7).

Eiusmodi edebat Gregorius pontifex potissima mo-  
nita, erantque dieto audientes ii quibus ea nuntia-  
bantur. Ita, dociles aures praebentibus quum prin-  
cipibus tum populis, mundus verae salutis repeatet  
iter, et ad humanitatem grassabatur eo nobiliorem  
ac fecundiorem, quo firmioribus innixam fundamentis  
ad rectum usum rationis et ad morum disciplinam,  
vim hauriens omnem a divinitus revelata doctrinam  
et ab evangeliis praeceptis.

Sed eo tempore populi, etsi rudes, inculti atque  
omnis humanitatis expertes, erant vitae appetentes;  
haec autem donari a nemine poterant nisi a Christo  
per Ecclesiam: *Ego veni ut vitam habeant et abun-  
dantius habeant* (8). Habuerunt quidem vitam, eam  
que affluentem. Nam, quum ab Ecclesia non alia possit  
nisi supernaturalis vita procedere, haec vitales etiam  
naturalis ordinis vires in se includit ipsa fovetque.  
*Si radix sancta, et rami, sic Paulus ethnicae genti;... tu autem cum oleaster es, insertus es in illis et so-  
cius radicis et pinguedinis olivae factus es* (9).

At nostra aetas, etsi tanta christiana humanitatis  
luce fruatur, ut nulla ratione possit cum aeo Gre-  
goriano comparari, videtur tamen eam vitam fasti-  
dire, a qua praecipue, saepe unice, quasi a fonte, tot  
nendum praeterita, sed etiam praesentia bona sunt  
repetenda. Nec modo, ut quandam subortis erroribus  
ac dissidiis, se ipsa detruncat quasi ramum inutilem,  
sed vel imam arboris radicem petit, id est Ecclesiam,  
conaturque vitalem exsiccare succum, quo certius  
illa corrut nullum in posterum emissura germin.

Hodiernus hic error idemque maximus, unde ce-  
teri flunt, causa est cur tantam aeternae hominum  
salutis iacturam ac tam multa religionis detrimenta  
doleamus, plura etiam, nisi medica adhibeat manus,

(1) Registr. viii, 24 ad Sabinian. episcop. — (2) Ibid. v, 58  
(3) ad Virgil. episcop. — (3) Ibid. v, 37 (20) ad Mauric. Aug.  
(4) Ibid. iii, 61 (65) ad Mauric. Aug. — (5) Registr. v, 41 (48).  
— (6) Ibid. v, 37 (20). — (7) Ibid. v, 6 (iv, 47). — (8) IOANN. x, 10.  
— (9) Ad Rom. xi, 16, 17.

impudentia extimescentes. Negant enim quidquam  
esse supra naturam; esse Deum rerum conditorem,  
cuius providentia cuncta regantur; fieri posse mira-  
cula; quibus de medio sublati necesse est christiana  
religionis fundamenta convelli. Impetrunt ipsa  
argumenta, quibus Deum esse demonstratur, atque  
incredibili temeritate, contra prima rationis iudicia,  
repudiatur invicta illa argumentandi vis, qua ex ef-  
fectibus causa colligitur, id est Deus eiusque attri-  
buta, nullis circumscripta limitibus *Invisibilia enim*  
*ipsius a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta*  
*conspicuntur; sempiterna quoque eius virtus,*  
*et dicinitas* (1). Facilis inde aditus patet ad alia er-  
rorum portenta, rectae rationi repugnantia aequa ac  
bonis moribus perniciose.

Eminvero gratuita supernaturalis principii nega-  
tio, quae propria est *falsi nominis scientiae* (2), fit  
postulatum critices historiae pariter falsae. Quae  
ordinem rerum supra naturam ratione quavis attin-  
gunt, sive quod illum constituant, sive quod cum  
illo coniuncta, sive quod ipsum praesumant, sive de-  
nique quod nisi per ipsum explicari multa non queant,  
ea omnia, nulla investigatione instituta, historiae pa-  
ginis eraduntur. Eiusmodi sunt Iesu Christi divi-  
nitas, mortalibus eodem assumpta caro Sancti Spi-  
ritus operâ, sua Ipse virtute a mortuis excitatus,  
omnia denique fidei nostrae cetera capita. Qua falsa  
semel inita via, nulla iam lege critica scientia cohi-  
betur, suoque marte quidquid non arridet aut rei  
suae demonstrandae adversaria putatur, id omne sac-  
ris libris admittitur. Sublato enim supernaturali  
ordine, longe alio fundamento extrinsecus necesse est  
historiam de Ecclesiae originibus, ideoque suo lubit  
novarum rerum molitoris monumenta versant, ea  
non ad sensum auctorum. sed ad suam ipsorum vol-  
luntatem trahentes.

Magno istorum doctrinae apparatu et argumento-  
rum speciosa vi multi sic decipiuntur, ut, vel a fide  
desciscant, vel in ea valde infirmentur. Sunt etiam  
qui, sua in fide constantes, critices disciplinae, quasi  
demolienti, succensent, quae quidem ipsa per se culpa  
vacat, legitimeque adhibita conduit ad investigan-  
dum felicissime. Neutri tamen animum advertunt ad  
ea quae perperam ponunt ac praesumunt, hoc est ad  
falsi nominis scientiam, a qua profecti, necessario ad  
falsa concludenda ducuntur. Falso nempe philosophiae  
principio corrupti omnia necesse est. Hi autem er-  
rores satis refelli poterunt nunquam, nisi acie mu-  
tata, hoc est, deductis errantibus a sua critices  
praesidiis, ubi se munitos existimant, ad legitimum  
philosophiae campum, quo relicto, errores hauserunt.

Taedet interim ad subtili mente viros eosdemque  
solertes Pauli verba convertere, incipientis illos, qui  
a terrenis hisce ad ea quae oculorum aciem fugiunt  
non assurget: *Evauerunt in cogitationibus suis*  
*et obscuratum est insipiens cor eorum; dicentes enim*  
*se esse sapientes, stulti facti sunt* (3). Stultus enim  
omnino dicendus quicunque vires mentis insumit ut  
fabricet in arena.

Nec minus dolendae ruinae quae moribus hominum  
vitaeque societatis civilis ex ea negatione proveniunt.  
Etenim, opinione sublata, praeter adspectabilem hanc  
rerum naturam esse divinum aliud, nihil plane su-  
perest, quo excitatae cupiditates vel turpissimae coer-  
ceantur, quibus mancipati animi ad pessima quaque  
rapiuntur. Itaque tradidit illos Deus in desideria cor-  
dis eorum, in immunditiam: *ut contumelias afficiant*  
*corpora sua in semetipsis* (4). Ac vos quidem, Vene-  
rabiles Fratres, minime latet, quam undique perdi-  
torum morum exundet lues, cui continetiae impar-  
erit civilis potestas, nisi ad altioris, quem diximus,  
ordinis praesidia configuat. Sed neque ad sanandos  
ceteros morbos humana quidquam valebit auctoritas,  
si memoria excidat aut negetur omnem potestatem a  
Deo esse. Tunc enim, unico freno, vi cuncta geren-  
tur, quae vis neque adhibetur constanter nec in manu  
semper est; quo fit ut populus oculo quasi morbo  
laboret, omnia fastidiat, ius predictet arbitrio suo  
agendi, seditiones conflit, reipublicae conversiones  
interdum turbulentissimas paret, divina omnia et  
humana iura permisceat. Amoto Deo, nulla civitatis

legibus, nulla vel necessariis institutis constat reve-  
rentia, iustitia contemnitur, ipsa opprimitur quae  
iuris est naturalis libertas; eo usque devenirit, ut  
domesticæ societatis compages, civilis coniunctionis  
primum fundatum atque firmissimum, dissolvatur.  
Quo fit ut, infensis hisce Christo temporibus, diffici-  
lius aptent efficacia remedia, quae ad populos in  
officio continendos Ecclesiae sue ipse comparavit.

Non aliunde tamen quam in Christo salus: *Nec*  
*enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in*  
*quo oporeat nos salvos fieri* (1). Ad Isum ergo redire  
necesse est, eius advolvi pedibus, ex ore illo  
divino verba vitae aeternae haurire; solus quippe  
potest instaurandae salutis indicare viam, solus vera  
docere, solus ad vitam revocare, qui de se dixit:  
*Ego sum via et veritas et vita* (2). Tentata denuo est  
mortualis gestio rerum seorsim a Christo; aedificari  
coepit reprobat angulare lapide, quod Petrus iis  
exprobabat, qui Iesum cruci affixerant. Ecce autem  
rursus exstructa moles ruit aedificantum cervices  
infringens. Jesus interim superest, humanae societatis  
angularis lapis, iterum comprobata sententia, non  
esse nisi in ipso salutem: *Hic est lapis qui repro-  
batus est a vobis aedificantibus, qui factus est in cap-  
ut anguli, et non est in alio aliquo salus* (3).

Ex his facile intelligitis. Venerabiles Fratres, quanta  
unumquemque nostrum urgeat necessitas, animi vi qua  
possimus maxima quibusque pollemus opibus, huius-  
modi supernaturalis vitam in omni ordine humanae  
societatis excitandi, ab infimis sortis opifice, cui pa-  
nis apponit diuturno sudore comparatus, ad arbitrios  
terrarum potentes. In pririsque privata prece  
ac publica exoranda Dei misericordia, ut potenti  
auxilio suo adsit, qua voce olim tempestate iactati  
clamabant Apostoli: *Domine, salca nos, perimus* (4).

Quamquam nec ista satis. Gregorius enim vitio  
tribuit episcopo, quod, sacri amore secessus et orandi  
studio, in aciem non prodeat, pro Domini causa strenue  
dimicaturus, inquiens: *Vacuum episcopi nomen tenet* (5). Ac iure quidem: lux enim est afferenda  
mentibus iugi praedicatione veritatis et valida refuta-  
tione pravarum opinionum per veram solidamque  
philosophiae ac theologiae scientiam et per auxilia  
omnia, quae ex genuino historiae investigationis in-  
cremento provenerunt. Oportet insuper omnibus apte  
inculcentur tradita a Christo morum documenta, ut  
discant sui imperium exercere, motus animi appen-  
tentes regere, tumentem superbiam deprimere, pa-  
rere auctorati, iustitiam colere, omnes caritate complecti,  
disparis in civili convictu fortunae acerbitas  
christiana dilectione temperare, a terrenis bonis  
avocare mentem, quam Providentia dederit sortem  
eâ esse contentos, suisque tuendis officiis benignorem  
efficere, ad futuram vitam contendere spe semper  
mercede. Illud autem praecipue curandum, ut haec  
se insinuent animisque penitus insidente, quo vera  
et solida pietas altiores radices agat, sua quisque et  
hominis et christiani officia, non ore tenuis, sed re,  
profeatur et fiducia filii ad Ecclesiam configuat ad  
eiusque ministros, quorum ministerio impetrant ad-  
missorum veniam, Sacramentorum gratia roboarentur,  
vitam ad christiana legis praecepta componant.

Saci munera praeicias has partes comitetur  
oportet Christi caritas, cuius instinctu nemo sit quem  
facientem non erigamus, quem lugentem non console-  
mur, necessitas nulla cui non occurramus. Huius-  
modi nos caritati totos devoveamus, huic res nostrae  
cedant omnes, huic proprie utilitates posthabentur  
et commoda, ut *omnibus omnia facti* (6), salutem  
omnium quaeramus vel ipso vitae pretio, ad Christi  
exemplum ab Ecclesiae pastoribus id postulantis:  
*Bonus pastor animam suam dat pro ovis suis* (7). Insignibus his documentis referta sunt quae Gregorius  
scripta reliquit, multiplex exemplo vitae admirande  
multo expressa potentius.

Quia vero ista, quum e principiorum christiana  
revelationis natura, tum ex intimis nostri apostolatus  
proprietatis necessario flunt, iam videtis, Vene-  
rabiles Fratres, quanto in errore versentur qui ex-  
istimant bene se de Ecclesia mereri ac frugiferam  
operam in aeternam hominum salutem conferre, si

(1) Act. iv, 12. — (2) IOANN. xiv, 6. — (3) Act. iv, 11, 12.  
(4) MATTH. VIII, 25. — (5) Registr. vi, 63 (30). Cfr. Regul. Past.  
i, 5. — (6) 1 Cor. ix, 22. — (7) IOANN. x, 11.

profana quadam prudentia, falsi nominis scientiae multa largiantur, vana spe ducti, possé ita facilius errantium sibi gratiam conciliare, re autem vera ipsi se perditionis periculo committentes. Sed veritas una est nec dividit potest; eadem aeterna perdurat, nullis obnoxia temporibus: *Iesus Christus heri, et hodie: ipse et in saecula* (1).

Illi etiam valde falluntur qui in collocandis publicis beneficiis, praesertim popularium causam agentes, quae ad corporis victum cultumque pertinent ea maxime curant, animorum salutem et christianae professionis officia gravissima silentio praetererunt. Nec eos pudet interdum summa quaedam evangelii praecepta quasi velis obtegere, veriti i.e. forte minus audiantur aut prorsus deserantur. Alienum quidem a prudentia non erit, etiam in proponenda veritate, sensim procedere, ubi res agatur cum iis, qui a nostris institutis abhorrent a Deoque sunt omnino sejuncti. *Resecanda vulnera, ita Gregorius, leni prius manu palpanda sunt* (2). Verum haec ipsa industria speciem prudentiae earnis assumet, si ad agendi normam assurgat constantem atque communem: eoque magis quod per eam divina gratia parvi haberi videatur, quae non sacerdotio tantum conceditur eiusque ministris, sed Christi fidelibus omnibus, ut ipsorum animos dicta nostra et facta percellant. Fuit autem eiusmodi prudentia ignota Gregorio, quum in prædicatione evangelii, tum in ceteris ab eo mire gestis ad proximos relèvandos miseris. Is Apostolorum vestigia constanter est persecutus, quorum, eum primum peragrandum terrarum orbem suscepunt nuntiatur Christum, fuit ista vox: *Praedicamus Christum crucifixum. Iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitium* (3). Atqui si tempus ullum exstitit, quo humanae praesidia prudentiae maxime opportuna viderentur, illic profecto fuit, quum ad excipiendam tam novam doctrinam, communibus cupiditatibus tam repugnantem, tam oppositam Graecorum et Romanorum florentissimae humanitati, nulla esset animorum praeparatio. Nihilominus id genus prudentiam Apostoli a se alienam duxerunt, quibus divina erant comperta decreta: *Placuit Deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes* (4). Ea stultitia quemadmodum semper, sic adhuc iis... qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est (5). In scandalis crucis, uti antea, sic in posterum arma suppetent omnium potentissima; ut olim, sic deinceps nobis erit in eo signo victoria.

Haec tamen arma, Venerabiles Fratres, vim exuent omnem nec erunt profutura quidquam, si tractentur ab iis, qui interiore vitam eum Christo non agant, qui non sint vera firmaque pietate instituti, qui Dei gloriae eiusque regni amplificandi studio non flagrant. Quae omnia Gregorius adeo esse necessaria putabat, ut maximam euram impenderet in episcopos et sacerdotes creandos, qui divini honoris hominumque verae salutis magno desiderio tenerentur. Idque sibi propositus in libro, qui *Regula pastoralis* inserbitur, ubi, ad clerici salubrem institutionem et ad sacerorum antistitum regimen normae traduntur, non iis modo temporibus sed etiam nostris aptissimae. Idem, prout eius enarrator vitae describit, *velut Argus quidam luminosissimus per totius mundi latitudinem suae pastoralis sollicitudinis oculos* (6) circumferebat, ut si quid in clero vitii aut negligentiae reprehenderet, in id statim animadverteret. Quin etiam vel ipsa perieuli cogitatio, ne forte illuvies et corruptela in mores clericorum irreperent, trepidi metu eum affiebat. Si quid vero contra Ecclesiae disciplinam actum comperisset, ea re vehementer angebat, nec ullo poterat pacto quiescere. Tunc cerneret admonere, corrigerre, canonicas poenas minitari violatoribus, has interdum ipsem irrogare, indignos, nulla interiecta mora, nulla rerum hominumve habita ratione, ab officio identidem prohibere.

Multa praeterea monebat, quae his verbis in scriptis eius frequenter expressa leguntur: *Qua mente apud Deum intercessionis locum pro populo arripit, qui familiarem se eius gratiae esse per vitæ meritum nescit?* (7) — *Si ergo in eius opere passiones vivunt,*

(1) *Ad Hebr. xiii. 8.* — (2) *Registr. v. 44* (18) ad Ioannem episcop. — (3) *1 Cor. i. 23.* — (4) *Ibid. i. 21.* — (5) *Ibid. i. 18.* — (6) *Ioann. Diac. lib. ii. c. 55.* — (7) *Reg. Past. i. 10.*

*qua præsumptione percussum mederi properat, qui in facie vulnus portat?* (1) — *Quinam poterunt in Christi fidelibus expectari fructus, si veritatis præeonnes quod verbis prædicant, moribus impugnant?* (2) — *Projecto diluere aliena delicta non valet is, quem propria derastant?* (3).

Ve: i sacerdotis exemplar huiusmodi censet atque ita describit: *Qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritualiter ricit: qui prospera mundi postposuit; qui nulla adversa pertimescit, qui sola interna desiderat;... qui ad aliena cupienda non ducitur, sed propria largitur; qui per pietatis rusea citius ad ignoscendum flectitur, sed nunquam plus quam deceat ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur; qui nulla illicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat; qui ex affectu cordis alienae infirmitati compatitur; sive in bonis proximi sicut in suis proiectibus laetatur; qui ita se imitabilem caeteris in cunctis quae agit insinuat, ut inter eos non habeat quod saltum de transactis erubescat; qui sic studet vivere ut proximorum quoque corda arentia doctrinae valeat fluentis irrigare; qui orationis usu et experimento iam dicit, quod obtainere a Domino quae poposcerit possit* (4).

Quam serio igitur, Venerabiles Fratres, episcopo secum et coram Deo est reputandum, antequam novis levitis manus imponat! *Neque gratia alienius, inquit Gregorius, neque supplicatione, aliquos ad sacerdos ordines audeat promovere nisi eum, quem ritae et actionis qualitas ad hoc dignum esse monstraverit* (5). Quanta eidem opus est maturitate consilii, antequam recens inuenit sacerdotibus apostolatus munia committat! Qui, nisi iusto fuerint experimunt probati sub vigili custodia prudentiorum sacerdotum, nisi habeant unde plane constet de honeste acta vita, de prono in pietatem ingenio, de animo ad obedientium parato iis omnibus quae vel Ecclesiae consuetudo induxit, vel diuturna experientia comprobavit, vel quos *Spiritus Sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei* (6) ipsi præceperint, sacerdotio fungentur, non in plebis christiana salutem, sed in pernicie. Nam et iurgia serent et plus minus latentes eiebunt rebelliones, triste sane spectaculum populo exhibentes quasi disrepantium in coetu nostro voluntatum, quum deploranda haec paucorum superbiae et contumaciae sint adscribenda. Procul, oh! procul ab omni officio sunto excitatores discordiarum; nec enim his apostolis eget Ecclesia, neque hi pro Christo eruci adfixo apostolatum gerunt, sed ipsi sibi apostoli sunt.

Adhuc ante oculos versari nostros imago Gregorii videtur, in Lateranensi pontificio Consilio coactorum undique antistitum corona septi, adstante clero Urbis universo. Quam fecunda ex eius ore fluit adhortatio de officiis clericorum! Quanto ardoris aestu consumitar! Illius oratio, instar fulminis, pravos homines percussit; sunt eius verba quasi totidem flagella, quae exentiunt inertes; divini amoris flammæ sunt, quibus vel ferventissimi animi suaviter corripuntur. Perlegit, Venerabiles Fratres, et clero vestro legendam, considerandam, in sacro potissimum anno recessu, proponite admirabilem istam sancti pontificis homiliam (7).

Idem, non sine animi magna tristitia, haec inter cetera queritur: *Ecce mundus sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus valde invenitur operator; quia officium quidem sacerdotale suscepimus, sed opus officii non implemus* (8). Ac vere quidem, quantum hodie virum Ecclesia colligeret, si operatores tot numeraret, quot sacerdotes? Quam uberes fructus ex divina Ecclesiae vita hominibus provenirent, si eidem explicandae vacarent singuli? Huiusmodi in agendo alacritatem naviter excitavit Gregorius, dum vixit, suoque impulsu effecit ut posterioribus temporibus eadem vigeret. Quare, quae media intercessit, aetas, Gregoriana quasi nota distinguitur, quod ei pontifici accepta omnia fere essent referenda, sive regulæ cleri regendi, sive caritatis et beneficentiae publice exercendae multiplex ratio, sive perfectioris sanctimoniae magisterium et vitæ religiosae instituta, sive denique caeremoniarum et sacri ordinatio concentus.

(1) *Reg. Past. i. 9.* — (2) *Ibid. i. 2.* — (3) *Ibid. i. 11.* — (4) *Ibid. i. 10.* — (5) *Registr. v. 63* (58) ad universos episcopos per Hellad. — (6) *Act. xx. 28.* — (7) *Hom. in Evang. i. 17.* — (8) *Ibid. n. 8.*

Verum longe alia temporum ratio successit. Quod saepe diximus, in vita Ecclesiae immutatum est nihil. Ipsa enim haereditate acceptam a divino Instituto eiusmodi vim possidet, qua aetatibus omnibus, quamvis inter se dissimillimis, valeat, non animis tantum, quod sui munera est, providere, sed plurimum etiam ad verae humanitatis incrementa conferre, quod quidem ex ipsa ministerii sui natura consequitur.

Nec sane fieri potest ut quae revelata divinitus Ecclesiae custodienda commissa sunt, eadem quidquid verum, bonum, pulchrum in terrestri rerum natura conspicitur, non maxime provehant, eoque efficacius, quo magis haec ad summum totius veritatis, bonitatis, pulchritudinis principium, Deum, referantur.

Magnus ex divina doctrina humanae scientiae proventus, sive quod per illam latior patet campus novis rebus etiam naturalis ordinis expedite cognoscendis, sive quod per eandem rectum investigationi sternatur iter, erroresque circa disciplinæ rationem viamque eam adipisci amoveantur. Sic in portu emicantis ignis e turri, dum nocturno itinere navigantibus multa pandit, quae tenebris involuta latecent, simul de vitandis scopulis admonet, ad quos allisa navis naufragium pateretur.

Quae autem de moribus disciplinæ sunt, quandoquidem Servator Dominus supremum nobis perfectionis exemplar divinam ipsam bonitatem proponat. Patrem suum (1), ecce non patet, quanta inde incitamenta illis addantur, ut insculpta in omnium animalium naturae lex altius et perfectius refineatur, adeoque tum singuli, tum domestica societas, tum denique hominum universa communitas prosperiore vita fruuntur? Fuit ista profecto vis quae barbaros homines ex ferocitate ad humanitatem transtulit, nulloris proiectam dignitatem vindicavit, servitutis ingum excessit, ordinem. remissis cum aequitate vineulis quibus variæ civium conditiones invicem continentur, instauravit, iura restituit, veram animi libertatem promulgavit, domesticatæ ac publicæ tranquillitatitudo prospexit.

Denique artes ad aeternum exemplar omnis pulchritudinis, Deum, assurgent, unde species et formæ singulæ, quae sunt in rerum natura, dimant, facilius a vulgaris sensu recedunt, conceptamque animo rem, in quo artis vita consistit, exprimunt multo potentius. Ac vix quidem potest quantum attulerit boni ratio adhibendarum artium in famulatum religionis, quo Numini offertur quidquid ipso dignius ubertate et copia, venustate atque elegantia formæ praeseferant. Hinc artis origo saecula, quo fundamento nixa est profana quaevis ars, et nititur adhuc. Rem nuperrime attigimus peculiari *Motu proprio* de romano cantu ad maiorum instituta revocando, ac de sacris concentibus. Atqui ceterae artes, pro sua quaeque materia, iisdem legibus continentur, ita ut, quae dieuntur de cantu, eadem et pingendi et sculpendi et extruendi artibus convenient, quas humani ingenii nobilissimas faces Ecclesia semper excitavit et aluit. Hæ specie sublimi universum hominum genus entutum templorum erigit moles, ubi, in domo Dei, tamquam in propria sede, inter artum omnium splendissimam copiam, inter angustas ceremonias, inter suavissimos concentus, mentes ad cœlestia reuocantur.

Haec, uti diximus, beneficia potuit aetati suaæ ac posterioribus afferre Gregorius. Eadem, his quoque temporibus, qua fundamenti soliditate consistimus et quibus mediis instruti sumus, consequi liebit, si, quae adhuc bona Dei gratia supersunt, omni studio reuertantur, quae vero instituta a recto tramite deflexerint *instauentur in Christo* (2).

Placet Nostris hisce Litteris finem imponere iisdem verbis, quibus ipse Gregorius memorabilem illam in Lateranensi pontificio Consilio habitam orationem absolvit: *Haec, Fratres, vobiscum sollicite cogitate, haec et proximis vestris impendite; omnipotenti Deo fructum vos reddere de negotio quod accepistis parate. Sed ista quae dicimus melius apud vos orando quam loquendo obtinebimus. Oremus: Deus, qui nos pastores in populo vocare voluisti, praesta quæsumus, ut hoc quod humano ore dicimus, in tuis oculis esse valeamus* (3).

(1) *MATTH. v. 48.* — (2) *Ad Ephes. i. 10.* — (3) *Hom. cit. n. 18.*

Dum vero confidit Gregorio, Deum super admoturum, cœlestiæ Nostræ benevolentie neditionem vobis ostendit. Datum Romæ ap. an. MCCCCIV, die fœtus Doctoris, po-

PASCHATIS festum eum hominibus aëre, eum campis, tibus et divisum ei iucundum. Resurgunt, et vel hic

*Regis ad exemplum*

Alleluia igitur Regis omnia decantant, qui et recessit...

At si medio in luctu gentes nostræ potiusquam viris eiuscmodi iucunditas comparantur, quadragesimali squalore, quo non maledicunt, sed vel exsultarent, venerint ut gestirent adveniente die, qui omnibus refertur, et privata quavis domo aedificium, a foro ad eos, a silva ad agros, diebus integris scholæribus et araneis inhabent, pericilosus nunc, plaga et eum eo libri omnes interpretatio cane per eum latina interpretari scriptores, iracundo f. Tullius, Livius, Vergilius, sexcenti huiusmodi auctores, ne quid mali quoque Commentarium ibis appellatur... At decem, hi conticescunt, quum tanta solemnitas pueris praesertim provocantur ad ritus, a liberente adeunt, interantes clamorem, et amabilissimæ aetatis ago, et de principiis puerilis illa laetitia versa est, et quoddam et gratia repugnans, stum; atqui nihil mensuram, senescens, sieuti nubes in vicis, in pagis, in nimis adhuc habentur, stina obsoleverunt, ruerunt.

Atque in locis humeris Palmarum gravia et munera solemmissimo obire. Vae olivis, qui oppido sint! Innocentem praedium, capto custos abfuerit, irru-

Dum vero confidimus, deprecatore pontifice sancto Gregorio, Deum supplicibus his votis benignas aures admotorum, caelestium donorum auspiciem ac paternae Nostrae benevolentiae testem, Apostolicam Benedictionem vobis omnibus. Venerabiles Fratres, clero ac populo vestro peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum iv Idus Martias an. MDCCCCIV, die festo S. Gregorii I Papae et Ecclesiae Doctoris, pontificatus Nostri anno primo.

PIVS PP. X



### PASCHALIA.

**P**ASCHATIS festum commune fert aliquid et cum hominibus, cum caelo, cum solo, cum aere, cum campus, ipsis denique cum animantibus et divisum et divisibile, sit venia voci, iucundum. Resurgente Domino cuncta resurgent, et vel hic

*Regis ad exemplum totus componitur orbis.*

Alleluia igitur Regi saeculorum! Alleluia! dum omnia decantant, quia hyems abiit, imber abiit et recessit...

At si medio in quadragesimali squalore et luctu gentes nostrae, praesertim pueri, quibus potiusquam viris et senibus omnis festorum iucunditas comparatur, si medio, inquam, in quadragesimali squalore et luctu modum invenerem, quo non modo passim sublevarentur, sed vel exultarent, considerate vos quid invenerint ut gestirent gaudiis profusis et effusis adveniente die, qui laetitiis, qui iucunditatibus omnibus refertur, effertur a solo ad solem, a privata quavis domo ad publicum quodlibet aedificium, a foro ad templum, ab urbe ad vias, a silva ad agros! Et... et decem circiter diebus integris scholae, tormentum ingens, muribus et araneis inhabitandae relinquuntur; superciliosus nunc, plagosus olim, magister abest; et cum eo libri omnes, et cum libris latina illa interpretatio cane peior quotidie latrans, et cum latina interpretatione abominabiles illi scriptores, iracundo filiis hominum Iove nati, Tullius, Livius, Vergilius, Caesar, Ovidius, et sexcenti huiusmodi ad nostros usque dies, quibus, ne quid mali deasset, latinum accessit quoque Commentarium pessimum, quod *Vox Urbis* appellatur... Atqui, saltem dies integros decem, hi conticescent! Et quid putas esse, quum tanta solemnium dierum horum pars pueris praesertim producenda tribuatur? Advocantur ad ritus, ad caeremonias acciuntur, libenter adeunt, immo accurunt, secum ferentes clamorous, et vivax, et iucundum illud amabilissimae aetatis. Non ego hic de urbibus ago, et de principibus praesertim, in quibus puerilis illa laetitia, sicuti mores prisci, inversa est, et quoddam subditur a puerili habitu et gratia repugnans, solemne, inquam, et modestum; atqui nihil magis exosum quam puer senescens, sicuti nihil magis ridiculum quam senex iuvenescens! Loquor de iis, quae adhuc in viis, in pagis, in minoribus oppidis et minimis adhuc habentur, ubi nondum omnia pristina obsoleverunt, non omnia optima contabuerunt.

Atque in locis huiusmodi iam a Dominica Palmarum gravia et grandia, et plurima sua munera solemnissimorum rituum incipiunt pueri obire. Vae olivis, quae non longe a rivo, ab oppido sint! Innocentium nocentissima turba praedonum, capto tempore, quo dominus, quo custos abfuerit, irruet, auferet praecipuos, et

super alios pulchre virentes ramos. Quanta autem gloria in pompa palmarum; quae superbia, in procedendo, in quassando, in ostendendo oleam quisque suam!

At lugubres dies in templo inciderunt! Squalent altaria nudata mantilibus, candelabris super mensa subversis; campanariae turres contineunt, aheneae voces obmutescunt, neque designantur horae, neque vesper, neque meridiis. Hoe grande pueris officium ereditur. Armati, ornati crepitaculis vias circumneunt, templo pro tintinnabulis inserviunt, fragore vehementissimo, horas, sacra officia, auroram, meridiem, vesperas indicant. Mirabile dictu! Nunquam tanto nec usquam defuerunt officio! Immo tam vehementer in illud conantur, ut piae feminae filiis nepotibusque circumstrepentibus suaserint insigne aliquid patrandum, scilicet, illum crepitaculorum fragorem medicinam optimam esse, qua serpentes omnes, quotquot latere possent, illo strepitu suffocarentur, aeternum agris exterminarentur! Et interdum abeunt exterminaturi dracones quotidie, interdum et noctu, donec crepitacula vigeantur.

At postquam praeteriere dies, ecce Sabatho Saneto sacer ignis accenditur: adventant pueri ligna ferentes, quadragesimarum simularcula chartacea, et siccios olivarum ramos, qui domino integro servati sunt. Ubi benedictus fuerit ignis et eorum pars ardens carbonibus in thuribula distributa fuerit, certatim pueri omnes ventilabris, vaseulis omnis generis, ferreis, eupriis in carbones irruere ut capiant, ut auferrant, domumque reportent. Clamores, et interdum ululatus, plures; nam turba densa frequens invicem premitur, nec raro fit ut abiens in adventantis pectus vel ora carbones ardentes inferat, ut alias cadat inter ardentes cineres et prunas. Quod vero nocentius in igne, non minus lepide, sed omnino absque detimento fit, dum parato lacu aquae benedicitur solemnissime. Quae ubi populi arbitrio et euipientum desiderio traditur, extemplo pueri, puellae, quin etiam matres et aviae lagunculis, phialis, cyathis vitreis, testaceis omnibus, quotquot ad manus habuerint, ad lacum accedere, haurire, attigere quo possint meliori modo; at in hauriendo, in tollendo saepe vitrum in testam incurrit, cyathus in lagonam, phiala in amphoram, in urecum percuntur; rumpi omnia, aqua effundi saepe in caput, in humeros eorum, qui circa sunt; nam quisque vaseuli sui incolumenti consulere credit, si praeceteris altius attollat. At ubi sat vasorum effracta sint, ubi siccatus sit lacus, omnes matutare domum versus, dum campana aera implent omnia sonitu laeto, resurgent Christo alleluia persolventia, turba illa iucundissima domos repetunt. Equis stimulus? Parata mensa, cui adveniens benedicet sacerdos. Illie placentae azymae ad imitationem earum, quae praescriptae sunt Hebreis ab Aegypto exentibus; illie ova solida, illie apposita isicia, et suilla quaque a perna ad fartum; illie agnus occisus et medius cibis omnibus, lauro, myrto, violis decoloratus. Sunt qui apponant vina in lagonis; verumtamen hi rari. Et qui pueri circum haec omnia sunt, numquid continebunt rapidas ad haec levia farta manus gula puerili suadente? Praegustant interdum de bene compositis, coctis leandaturi matres, si haec in latrocinantes exprobantia verba coniecerint.

At nunc in rem incido, quae, si enucleata fuerit, fortasse legentium gulas titillabit, contra fasque compingam. Itaque... tacere praestat.

### ANNALES.

#### Fodera de arbitris varia.

Bellici Iaponii eventus si praetereamus, quae maximi ponderis fata sunt recens expleta, ea, felici sane fortuna, Martis ausibus ex adverso opponenda apparuere, quae ut tandem aliquando, laeta pacis lege compescant, ex animo ominam omnem. Nam servanda pacis et tutanda foedera late multiplicantur, quae mox tum Batavi atque Dani inter se, tum, idque gravissimum, Galli Anglique ferierunt. Statuunt foedera ut de litibus vel causis, quae forte inter eos populos, consurrexerint, delecti indices hinc atque inde cognoscant et sententiam ferant. Nec cessant legati populorum vel principes similis alibi parare. Nam Graeci et Belgae recentis, et ipsi pactionem icerunt de repellendis suo ex litore ad invicem scelestis viris patria perfugis; atque Wilhelmus Caesar, navem, ut assolet interdiu, consensus quo Mediterraneum iter institueret, Iberorum regi non sine consilio occurrit, unaque cum eo de variis rebus iisque gravibus collocutus esse dicitur ad rem publicam Europae in pace servandam; eius colloquii fructus, brevi, ni eventus fefellerint, apparebunt.

\*

#### Iaponicum bellum.

De bello Iaponico incerti in dies nuncii pertinet et ad invicem contrarii, quum hinc ex Iaponica fonte, inde ex Russica prodierint: mendacia in bellis consueta utrinque igitur vulgariter, quorum ex ingenti acervo si certa selegere volueris, haec apparebunt: Iaponios ter insuper, post primos illos nocturnos congressus incendere missilibus Arthurianam urbem tentasse; quae vero inde secuta fuerint detrimenta in incerto manent.

Praeterea Russicam classem, Vladivostockium cum reliquisset portum ut Iaponias peteret insulas, tum gravi procella iactatam esse, ut ad male relictum litus re infecta redierit, tum contra Iaponios ad eamdem oram advenientes eam quoque urbem multis missilibus labefactasse.

Haec in mari gesta; in terra autem nil hactenus magnae memoriae facinus expletum: ad velitationes sunt circa Ialu flumen iteratae equitatusque occursum flunt. Utrinque autem ingentes copiae advehuntur ferreis inde tramitis, hinc navibus et ratibus; terrestria denique praelia ad mensem differenda praenuntiant, dummodo ne Kouropatkinius, novus ille Russorum dux, alias decreverit.

XXXXXXXXXXXXXX

### AENIGMATA

a FR. PALATA proposita.

I.

Vox eadem signo parvamque pigramque volucrem, quae mellis cumulos depopulatur apum. Vox eadem signo pigmentum muricis instar, quod decus et vetulæ dat iuvenile genæ.

II.

Flumine perpetuo me sanguinis irrigat unda. Inseritur mihi rho? Servili munere fungor.

Ex sociis, qui utriusque aegnimatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet I. B. FRANCESIA comœdiam latinis versibus scriptam, cui titulus:

SATURIO.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS  
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCIV.

---

Pretium subnotationis est in Italia Libell. 4,80; ubique extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM  
COMMENTARII "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,  
ROMAM, via Alessandrina, 87.

---

PRAEMIA SOCII CONSTITUTA

ad libitum:

- a) Tabula metr.  $0,45 \times 0,22$  Pontificiae dominationis auspicationem referens a Pio PP. IX an. MDCCCXLVI peractam, et in Commentarii "Vox Urbis,, commodum unice ex antiqua tabula desumpta; *sive*
  - b) Collectio chartularum electissimarum, quae distincta coloribus praecipua Romae, aut eius vicina redundunt; *sive*
  - c) Urbis et Ianiculo monte prospectus. (Tabula aere cusa metr.  $1,10 \times 0,24$ )
- 

Donum, quod voluerit, quisque subnotans petet  
*primum intra mensem ab eius subnotatione* et cum ipso subnotationis pretio.